

39	Sanguis ex quo sanguis a corpori remaneat.	413
in-	Sanguis ex quo sanguis remaneat.	414
gi-	Sani an iburam delectantur, & unde id debeant.	394
62	Sani qui tam rite tam sanguinem dant, & unde id unt, & unde id.	521
78	ipsoz occidat.	3
non	Sanguis in carnis, & sanguis in membris creare quest.	521
26		469
249	Sanguis an in puritate possit.	687
178	Sanguis an in puritate possit, ad lipophy-	687
104	mia: & sanguis in membris.	641
377	Sanguis corruptus, & delectatio nis specie fu-	6
345	rorei fact.	83
ant.	Sanguis crassus, & non sanguis intendus est.	54
	Sanguis ex parte corporis, & ex parte membris.	420
agi-	Sanguis factus, & non sanguis in membris, quomodo, vel qua exponitur, & exponitur.	47
526	Sanguis factus, & non sanguis in membris, quomodo, vel qua exponitur, & exponitur.	47
ma-	Sanguis factus, & non sanguis in membris, quomodo, vel qua exponitur, & exponitur.	47
531	Sanguis factus, & non sanguis in membris, quomodo, vel qua exponitur, & exponitur.	47
num	Sanguis factus, & non sanguis in membris, quomodo, vel qua exponitur, & exponitur.	47
673	Sanguis apud sanguinem sub linea frigido factis	501
742	an nascatur.	81
784	Sanguis in corporis & in membris rationis remun-	638
799	qua do mitis, & diuersis oribus, quando	638
128	a se exponit.	501
434	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
num	matum.	12
78	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
lon-	dum matum.	12
ibid.	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
419	matum.	12
546	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
ben-	matum.	12
116	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
ida.	matum.	12
	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
300	matum.	12
346	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
is fit.	matum.	12
ibid.	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
562	matum.	12
583	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
376	matum.	12
lon-	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
724	matum.	12
tatio	Sanguis in febre, & in febre quaevis & inflam-	12
325	matum.	12

ALEXANDRI MASSARIAE DE PESTE,

TRACTATUS PRIMVS.



N N o à Chrtisti Natali, M. DLXXV, tum aliis extra Italiā locis, tum maxime Tridenti circiter mensē Iunium morbi quidam passim vagari cōperunt, qui paucis omnino diebus, secundo, tertio, quarto, ad summum septimo plesosq; homines cuiusvis sexus, & atatisque interficerent; adeo ut ad Nouembrem usque, quo tempore huiusmodi mala perseuerarunt, in vrbe aliquo parua, neque satis numerosa, vt fama fuit, obierint circiter sex hominum millia. Hoc fere tempore, menie (ni fallor) Iulio Verona, mox Septembri Mantua, forte etiam Mediolanum, & alia loca huiusmodi cladem, alia leuiorem, alia acerbiorē sunt perpesta. Ciuitas illustris. Venetiarum eandem calamitatē acciperū vīsa est: sed tōto fere anno ad mensē Iunium usq; proximi anni M. DLXXVI. malū ibi lente, admodum progrediebatur; siquidē ciuitas huiusmodi labis saepenumero immunis videbatur: quāquam illa quodammodo reuīfīcens saepe etiam modo unum, modo alterum, modo plures in singulos dies interficiebat. Ceterum mense Iunio mala omnia duriora, & asperiora sunt reddita: mirum in modum aucti sunt morbi: mortes erant frequentissime, vt singulis diebus fere quadringenti decederent. Res ad summā in maximo discrimine erat cōstituta. Porro morbi fūtūs, atq; vis Maxima ab hoc tempore per totū prope mensē Octobrem maxime viguit: exinde vero ciuitas aliquantū recreati cōcepit: etenim quāquam illa adhuc laborabat, malum tamen vndique cōcepit imminui, ac manifeste in declinatione versari, donec tandem nonnullis adhuc morbi vestigiis diutius permanentibus, Deo Opt. Max. Redemptori religiose factō voto, illoque persoluto, mense Iulio proximo omnis labis penitus immunis redita est. Interim inēunte astate anni M. DLXXVI. huiusmodi morbi Patauium quoq; aggrediuntur, primū quidem initius, ac leuius, mox grauissime, atque infestissime, adeo ut mense Iulio, Augusto, Septembri, Octobri, horribilem ibi stragēm fecerint: tum sequuta est omnium malorum declinatio insignis, quā deinceps longius progressa est: siquidē illustris illa ciuitas ab illis perniciōs morbis non ante mensē Aprilē proximum libera easit. Mea deum Vicentia forte iis vrbibus nimium vicina, hanc ipsam aduersam fortunam effugere non potuit: quam licet nobis in præsentia referre, atque vniuersam histo-

A a r i a n a



ALEXANDRI MASSARIÆ DE PESTE,

TRACTATVS PRIMVS.

N N O à Christi Natali , M. DLXXV. tum aliis extra Italiā locis , tum maxime Tridenti circiter mensē lunū morbi quidam passim vagari cœperunt, qui paucis omnino diebus , secundo , tertio , quarto , ad summum septimo plerosq; homines cuiusvis sexus , et arisque interficerent , adeo ut ad Nouembrem usque , quo tempore huiusmodi mala perseuerarunt , in urbe alioqui parua , neque satis numeroſa , ut fama fuit , obierint circiter sex hominum millia . Hoc fere tempore , mense (ni fallor) Iulio Verona , mox Septembri Mantua , forte etiam Mediolanum , & alia loca huiusmodi cladem , alia leuiorem , alia acerbiorem sunt perpeſsa . Ciuitas Illustris . Venetiarum calamitatem accipere vifa eft : sed rōto fere anno ad mensē Iunium usq; proximi anni M.DLXXVI. malū ibi lente , admodum progrediebat ; siquidem ciuitas huiusmodi labis ſepenumero immuniſis videbatur : quanquam illa quodammodo reuinifcens ſæpe etiam modo unum , modo alterum , modo plures in singulos dies interficiebat . Cæterum mense Iunio mala oraria duriora , & asperiora sunt reddita : mirum in modum aucti sunt morbi : mortes erant frequentissimæ , ut singulis diebus fere quadrangenti decedereat . Res ad summā in maximo discriminē erat cōſtituta . Porro morbi ſequities , atq; vis Maxima ab hoc tempore per totū prope mensē Octobrem maxime viguit : exinde vero ciuitas aliquantū recreari cœpit : etenim quanquam illa adhuc laborabat , malum tamen vndique cœpit immixtū , ac manifesta in declinatione verſari , donec tandem nonnullis adhuc morbi vestigiis diutius permanentibus , Deo Opt. Max. Redemptori religioſe factō voto , illoquo persoluto , mense Iulio proximo omnis labis penitus immuniſis redditā eft . Interim ineunte aestate anni M. D L X X V I . huiusmodi morbi Patauium quoq; aggrediuntur , priurum quidem initius , ac leuius , mox grauiſſime , atque infestissime , adeo ut mense Iulio , Augusto , Septembri , Octobri , horribilem ibi ſtragem fecerint : tum ſequita eft omnium malorum declinatio inſigilis , qua deinceps longius progreſſus eft : siquidem illustris illa ciuitas ab iis pernicioſis morbis non ante mensē Aprilē proximum libera eauafit . Mea deum Vicentia forte iis viribus nimium vicina hanc ipsam aduersam forunam effugere non potuit : quam licet nobis in praefentia referre , atque vniuersam histo-

A 2 riana

DE PESTE

riam narrare eorum malorum, quæ hanc vibem obfederunt. Die decimaseptima Decembris anni M.D.LXXV Lvir quidam iuxta domū, quam auream appellant, in via magna triduo obiit: huius nulla habita est ratio: in eunte mense, & anno proximo M.D.LXXVII. eiusdem vxor, & filii duo paucis diebus obierunt, vt nullus in ea domo superites fuerit: Hac multiplici, & repentina morte excitatus magistratus istorum cadauera diligent medicorum inquisitioni, atque examini subiuncta curauit: qui hec tumoribus quibusdam, nonnullis item papulis nigroribus predita variis in partibus esse obseruarunt. Interca vero dum viri grauissimi pro suo munere huius rei causam, & altiorem originem sedulo inuestigant, facile intelligunt nebulonē illum, qui primus obiit, clan, & malitiose Patauio vestimenta quedam lanea, & linea alportasse Vicentiam. Vniuersa illi supellex iubente magistratu igne consumpta est: dominus vndique suffumigi, calce, & omni ratione fuit expurgata. Mensē Ianuario nullum aliud malum subfecutum est. Die secundo Februarij, Sabbato, qui dies beatæ Virgini consecratur, ccepit ægrotare Franciscina nubilis filia Pauli stabularij: Huius domuncula coniuncta, & cohærens est domui aurea, cuius modo mentionem fecimus. Illa obiit die sexto, Venere, mane. Cum vero tum pleraque seu symptomata, morsisque cito, tum alia non leuem suspicitionem facerint morbi malignioris, iubente, immo vero præsentē magistratu, ipse cadauera diligenter inspecto manifestum, & ingentem bubonem in ingue deprehendi. Itaque me autore vniuersis in ea domo existentibus interdictum est, ne illis cum aliquo esset vllus commercio locus. Ex hoc numero fuere pater annorum LXX, mater LX, altera filia annorum XVI, tres filii, natu maximus annorum XIII, minimus sexennis, medius decennis. Patres hac in re conquisitores destinati pre certo habuerunt huiusmodi malum ex priore domo ortum duxisse. Biduo post obitum Franciscinæ die Dominico cœpit ægrotare filius natu maximus Antonius, qui vehementi febre, dolore capitinis, delirio oppressus, & afflictus obiit die quarto, summo mane Louis, qui celebrandis bacchanalibus erat valde celebris. Cadauera maxima papularum copia refertum fuisse obseruarunt est. Vespere combusta supellestile, nudati omnes, loti lixiuio, nouisque vestimentis induiti in vetus quoddam virbis propugnaculum portam versus D. Bartholomæi, longè ab omnium commercio sunt ablegati. Statim febre laborare cœpit. Angela altera filia febre, dolore capitinis, siti maxima, ac alis huiusmodi grauibus symptomatis: tum vero biduo post cœpit erumpere bubo in ingue dextro satis insignis, coloris ferme naturalis, sed maximo cum dolore. Ego à patribus rogatus tum Angelæ laborantis, tum aliorum bene adhuc valentium hand gratae curam suscepit, partim quod charitatis, & humanitatis officium id maxime postularet; partim quod haud contemnendam occasionem mihi oblaram esse viderem, qua morbi omnium severissimi, & quem ante nunquam, & nusquam vidisse mihi contigerat, diligenter obseruare possem progressiones, & symptomata, nec non experiri, & in vnum reuocare illa praesidia, quæ ad illius præseruationem, & curationem maxime accommodata viderentur. Primum itaque constituta, & accommodanda curauimus illa omnia qua huiusmodi occasio postulare videbatur, quæ iis miseris hominibus tum ære publico, tum priuata charitate liberaliter fuere suppeditata. Angela protinus secta vena iecoris missus fuit sanguis ad vnc. decem. Ad leniendum dolorem bubonis, laxandumque locum, vt natura facilius omne virus eo transmittere possit, adhibita sunt olcorum amygdalarum dulc. rec. par. iiij. chamæmelini, pingue-

dinis

TRACTATVS PRIMVS.

dinis gallinæ rec. an. par. j. misc. quibus locum assidue foueri iussimus. Hic morbi fuit dies tercius. Quæ secura est nox, laboriosa fuit, & omnino informis: Manæ frequenti perseuerabant omnia mala, febris, dolor capitis, & bubo in primis grandior factus fuerat: lotia crassissima erant, & subalbida: alius non deicerat: illa tamen adhuc mente constabat, & quantum conjectura assequi licuit, viribus quoque satiis valebat. Itaque hoc illi institutum est medicamentum. Rec. flor. cassia n. ex drach. x. scordij pulu. sp. diarhodon an. scrup. i. misc. quod moderatam euacuationem leniter perficit: Nox subsequens tranquillior, & omni ex parte leuior fuit, vt hoc tempore equidem aliquam salutis spem, latuus animo iam conciperem. Mox singulis diebus summo mane illa assuebat huiusmodi medicamentum. Rec. conf. borraginis, acetosæ an. drach. i. scordij pulu. sem. citri mund. an. scrup. s. misc. tum protinus decoctum ebibebat ad vnc. octo ex cichorio, melissa, quinque folio, sem. citri. Præterea illi quotidie mollia imponebantur clysteria: Quoniam vero, quod maxime expectendum fuerat, bubo tum dolore assiduo, moleque valde notabilis, tum aliis conjectacis aliquam plane suppurationem polliceri videbatur, cataplasma illi nos apponendum curauimus ex malua, althaea, rad. liliorum alb. farina triticea, ol. amygdalarum dulc. liliorum alb. viperino: quod tamen frustra factum est: siquidem contra mox tumor sensum cœpit imminui, & manifesto dissolui. Die septimo tum febris, tum omnia symptomata valde remissa sunt, ita quidem vt rebus in dies magis prospere progredientibus, Angela singulari Dei Opt. Max. beneficio, die quartodecimo febre, bubone, alijs symptomatis, & omni malo immunis redditæ fuerit. Huius ægrotanti panis ex iure coctus, mane ouum soribile, pro potu ius endiuia, & sem. citri preparatum, præterea nihil toris quatuordecim diebus exhibutum est. Modo ad alios redeo, qui licet tot tantisque periculis implicati, timore, ac incertore pene confecti, sani tamen, & incolumes perpetuo conseruati sunt, ac etiam in præsencia recte valent: quanquam puer sexennis (quod minime prætereundum est) febre diuturna, in signi obstructione, ac tumore lienis, ad summanam fere corporis habitu fungia laboraret. Itaque illud primum a monitionis, vt eorum cubiculum omni forde, & immunditia liberari sedulo efficerent, & conseruant: quod præterea dyes noctesque foueri iussimus suffici ex caryophyllis, cinnamomo, iride odorata, cort. citri; quæ ex aqua rosacea, & modico acero leuiter assidue vaporarent. Tum vero vtriq; pueros exhibuimus cassia flor. vna cum scordio: & sequentibus alternis diebus ad decimam usque mane illi assumebant modo syr. acetoli simp. de scordio an. par. aq. modo pill. de tribus contra pestem, drachmam mediano vterque. Neque alii præterea medicamentis huiusmodi pueros torquendos esse arbitrii sumus. Paulo patri crura in primis alte scarificanda curauimus, vt illi sanguis exierit ad libram circiter: quod chirurgi, partim prece, partim precio agentis opera factū est. Mox die sequenti illæ assumpsit medicamentum ex manna calab. & melle rosaceo sol. an. vnc. iiij. iure carnis dissolutum: deinceps vero alternis diebus, quinques assumpsit Mithrid, antidotum ad drachmam vnam cum modico vno aromatico. Pariter Maria vxori protinus facta fuit vena basilica, missusq; sanguis ad vnc. octo. sequenti mane eidem exhibita est cataptotiorū de tribus contra pestem, alephanginarum an. drach. i. ac decimam nonnullis sequentibus diebus illa Mithridatum assumpsit perinde atq; coniux. Vrig; autem à principio, statim inusta fuere vlcuseula (vesicatoria appellant) in vtriq; imo crure prope malleolum interiore. Porro iij omnes à quoconq; aliorum commercio seuer-

A 3 inter

interdicti, & custoditi sunt quidem in hoc propugnaculo dies quadraginta duos, tum vero in domo propria, diligenter prius expiata, & expurgata vigintiquinque. Atque tum denique pristinam libertatem sunt asecuti. Ceterum præter Franciscianum, & Antonium, hoc mense Februario quinque obiere. Martio 5. Aprili 8. Maio 9. Iunio 10. Iulio 22. Atque hoc quidem tempore mala omnia augeri; & ciuitas insiguum calamitatem accipere cœpit, etenim obire mense Augusto 156. Septembri 340. Octobri 295. Nouembri 75. Decembri 9. Interim inuenie Martio, quanquam malum adhuc leue erat, magistratus tamē salubritati ciuitatis præfēctis omnes ægrotantes extra mœnia mittere coepit varias in domos, particularatina vero in domum publicam huic rei destinatam, quam vulgo Lazarerum vocant, vt hac optima ratione eaueretur, ne alios in eandem calamitatem secum traherent, Quoniam vero non modo ægrotantibus, sed etiam aliorum rationem habere decet, qui licet vna cum morbis versentur, adhuc tamē incolumente Dei Opr. beneficio conseruantur, in separatis domibus intra, vel extra ciuitatem, adhibitis custodibus, illi aliquandiu alteruabantur; deinceps autem multiplicatis malis, decreto magistratus, iij omnes suspectæ, & incertæ salutis in campum Martium exportari cœperunt. Hoc primum est protinus extra mœnia, fossis, & fluentibus aquis vndique circumdatum, satis amplum, quod vna excepta porta aliunde ingredi non licet. Inter Lazarum & huiusmodi locum interierat fluvius. In campo itaque Martio celeriter fabricatis pluribus lignis casulis, lege sanctum est, vt qui vere morbos essent (quod in medicorum iudicio decernendum fuerat) protinus in Lazaretum importarentur; alij vero, qui cum illis versati essent, adhuc tamē recte in loco, in morbum caderet, statim trans flumen in Lazaretum traduceretur. Vtique autem in loco præsto erant nonnulli tum in medicis, tum alij ministri publico ære liberaliter conducti, qui tam sanis, quam morboris tum medicamenta, tum que essent ad viatum necessaria opportune suppeditarentur, quia in re ut nullus dolus committetur, sed sancte vñuquisque officio suo satisfacet, magistratus huic vni muneri præfectus sedulo, quoad eius fieri poterat, prouidere conabatur. At vero quicunque in campo Martio sani degebant, post viginti dies in proprias domos præclare quidem ante mundatas reuertebantur, ac deinceps post alios totidem vigintiduos dies cum omnibus libere illis agere licebat. Alteri pariter in Lazaretto ex morbo conualescentes in campum Martium primum deducuntur, tum post vigintiduos dies vrbem petebant, ac postrem post dies totidem eandem legem subibant. Itaque ad institutum redeundo, apud Lazaretum, & Campum Martium obiere mense Martio 1. Aprili 10. Maio 10. Iunio 3. Iulio 10. Augusto 121. Septembri 30. Octobri 278. Nouembri 182. Decembri 60. vt si supputare velis, huiusmodi morbis in vniuersum toto anno Vicentia obierint homines mille noningenti octo. In praesentia, quo tempore hanc tractationem incipio, nimirum inueniente anno (quod nobis Deus Opt. Max. & misericors faustum, felix, fortunatumque esse velit) vix adhuc morbi quædam vestigia supersunt, vt breui integrum ciuitatis salutem, & liberationem sperare liceat.

Vt cunque autem huius aduersa fortuna euentus felicior, an tristior futurus sit, rem omnem antequam finem scribendi faciam, fideliter enarrare non grauabit. Sed hoc loco nonnulla altius haud impotente repertenda sunt. Mense Augusto morbo in dies magis, ac magis ingrauescente, adeoque ciuitate afflita, & fere prostrata, omnes de fuga cogitare videbantur.

Itaque

Itaque magistratus ad eam quoquomodo reprimendam tum aliis, tum præcipue medicis grani in singulos prece constituta interdixit, ne quis in posterum de ciuitate iniussus discederet. Medici contra, quod huiusmodi lege iniuria, atque vis sibi inferri videretur, aliquam saltē illius moderationem contendere non dubitabant. Post multa deinceps inter eos ita conuenit, vt singulis diebus quindecim medici quatuor visitationi totius ciuitatis assidue præfessent, tum vero illi ab omni officio quiescerent, & libere agere possent. Res autem ita se habet. Vniuersa diuisa ciuitate in trigintaduos vicos, sexagintaquatuor electi ciues, bini cuiusque vici diebus quindecim curam habebant: ita quidem, vt quotidie summo mane omnes illorum gubernationi subiectos sedulo visitarent: quorum antea nomen aratorem, numerum diligenter descriperant: neque antea alicui domo exite licebat, quam illi officio suo satisfecissent. Quod si laborantem aliquem ostendissent, præsto erat medicus octo vicis præfectus, qui decerneret, an ille morbo contagioso laboraret, nec ne, seuera iamdiu (vt diximus) statuta lege, vt morbo omnes protinus in Lazaretum importarentur, ceteri cum illis versati, adhuc bene valentes campum Martium paterent. Quia in re iudicium certe, si vñquam alias difficile, & periculorum esse animaduertimus: siquidem ægri longius visitabantur, præterquam quod omni studio, immo vero astu propriam calamitatem abscondere, ac dissimilare consuerunt. Cal. Septembriis huiusmodi visitandæ ciuitatis ratio obseruari coepit: atque ipse vnus è quatuor illud munus continuat quindecim diebus sustinui. Interea assiduo labore fatigatus, totque, ac tantis malis vehementer afflictus, tum animi, tum corporis recreandi gratia vna cum vxore, & vniuersa familia rus me contuli Septembriis die decimoctavo. Abiens tanquam paucos post dies reditus, domus custodem malo omni reliqui famulam Allegrantiam quadraginta annorum mulierem, vna & puellam annorum duodecim Lucretiam: quibus prece, precio, minis, & quavis ratione persuadere conatus sum, vt ne aliquem domi exciperent, nec vñquam domo exirent, atque vno verbo, vt ab omni rerum, & hominum commercio essent alienæ: id quod in domo à ceteris domibus longe separata, rebusque omnibus alioqui inuinitissima facile futurum esse confidebam. At vero hæc me opinio longe sefellitetenim Sabato pridie festum D. Michaëlis Allegrantia laborare cecepit febre, dolore capitis, bubone. Quia de te celeriter certior factus sedulo curauit, vt illa quam primum in Lazaretum asportareretur: quod factum est die Dominico proximo, eo simul asportato lecto, vestimentis, & omni supellecile, quæ hoc tempore aliquem ornamento illi præstissem.

Ceterum & si lex communis cogere videbatur, vt tum Lucretia, tum vniuersa supellex in campum Martium protinus exportaretur, iis exceptis rebus, quas ab aliis iampridem seclusas sigillo magistratus obsignandas curaueram, quod tamen domus ad mœnia ciuitatis esset collocata, ab aliis domibus vndique separata, horto amplissimo, & amoenissime instructa, atque adeo ad salubritatem corporis, in primis vero ad expurgandam supellecile mirabiliter accommodata, facile illud à magistratu sum consecutus, vt Lucretia in ea permaneret: cui præterea accesseront illius mater Francisca, & eiusdem frater Michael puer nouensis, qui illo ipso die Dominico, quo Allegrantia Lazaretum petuit, domum ingredi, & eandem cum Lucretia fortunam subire non recusarunt. Quamprimum autem Lucretia omnibus vestimentis se exxit, ac huiusmodi diligenter lauit, nouis vñsum illi præstissem.

A 4 dique

diique vestimentis, lecto, & rebus omnibus opportune antea preparatis. Tum vero quæ ad illius matri, fratribusque præfervationem hoc tempore sunt à nobis instituta, hæc ferme fuerunt; primum quidem ut domum vniuersam, singulasque illius partes accuratissime ab omni sorte purgarent, lauarent, abstergerent, ita quidem, ut nullibi villum pulueris, aut alicuius spurcitæ vestigium relinqueretur; deinde ut fenestræ perperuo patentes relinquenter, ut assida aëris ingressio, & egressio domus vndique perflabili esset; in qua quidem re potissimum expurgandarum aëlium rationem constitutam esse nos arbitramur.

Sed tamen nèque illud prætermissimus, ut prescripsit à nobis suffumigis omnia cubicula; atq[ue] id potissimum, ubi Allegriani decubuit; assidue, præfertim nocte lumen. Tunc vero Franciscus protinus huiusmodi medicamentum assumpit. Rec. flori. cassia. n. ex. vnc. i. sp. pillularum de trib. contra pestem drach. i. mis. Sanguis quidem primo loco illi mittebatur fuerat, quod ego per literas nonnullis amicis particulatum indicaveram: Sed me absente, deficiente chirurgo, neque illa fatus, confidens, in precipiti occasione renedium opportunitatum prætermis- sum est. Deinceps autem quotidie mane Francifica assumpit aliud medicamentum. Rec. cons. boraginis drach. iij. sp. theriacæ diatesseron scrup. iij. mis. cui statim superbibebat debet etiam echorij, acerola, fén. citri & singulis tribus alternis diebus Mithridaticam amidoctum, id quod factum est ad vigesimum usque diem. Lucretia patitur; & Michael cassia flor. primum assumpiertum in cum cordio, tum decem constitutis diebus pilulas de trib. cont. peil. dragiūnam dimidiām uterque. Atque hæc pata ad florum custodiendam salutem satis esse arbitratus sum. Porro Allegriani sequenti die obiit tertio Octobris, mane, nullo alioquin à me officio erga illam prætermissum.

Care fui cum Franciscæ & filij sani & incolumes seruarentur transactis triginta diebus, dedi operari, ut famulū duò præterea domum ingredierentur: qui alius rotidem triginta diebus prioribus custodibus omnium laborum, & periculorum comites facti sunt: quo tempore simul omnes sine villa intermissione dies, noctesque mirandis expugnandoque rebus omnibus sedulo incubuerunt.

Atque ne quid Lector hac etiam in parte desideres, quanquam ego in ea sua sententia, omnem supelleciliem alii in locis possum, atque ab eo cubiculo, in quo quis huiusmodi mörbo laborat, vel moritur, separata, non iniuria existimandam esse ab omni contagij suspitione alienam, & nulli expurgationi obligata, quod tantum nullum periculum, ubi de hominis vita agitur, temerarium, & superfluum censendum est, neque huic officio deesse volui. Itaque hinc omnia biduo fluente aqua fuere immergi, tum lixiuio (vt fit) semel emundata: namque hōt uno remedio celeriter illa, ratoque ab omni labo purgari non dubitauimus. Alia vero, quæ huiusmodi purgationi vix subiçtere licet, lecti, puluini, culcitra, vestimenta, & cetera omnia, quæ lana, serico, gossypio, corio, & simili materia constant, nulla alia ratione expurgata sunt, præterquam quod in horto amplissimo, atque adeo ad hanc rem accommodatissimo totis triginta diebus Soli, & aëri perpetuo fuisse exposita, sapientissime hinc inde distracta, exagitata, & à quaunque etiam tenuissima sorte sedulo perpolita. Alia deinceps, quæ ex ligno, aere, orichalcico, ferro, aut simili te constat, quæ quidem ego viri aliquod contagium conciperre posse existimo, vna aqua, aut lixiuio lotione satis mundari, & ab omni labo suspitione liberari sentio.

Hac

Hac itaque ratione transactis mensibus Octobri, & Nouembri, tum vniuersa domus, tum illius custodes pristinam libertatem sunt assecuti: dominus multis deinceps hospitibus vndique frequentari, & habitari coepit: ac postrem ipse cum vniuersa familia libere illam ingredi, & habitare non tam veritus: quod factum est die decimo octavo Decembbris. Pro quo summo beneficio Deo Opt. Max. ac piissimo quas possum gratia habeo, atque habeo in perpetuum. Atque hæc fere domi meæ acta sunt: que quidem consulto longius enarrare volui, quāquam illud forte præter rem factum alicui videri potest, quod in animo habeam colligere hinc multa argumenta, ut oratores solent ex narratione posteriori disputationi minime inutilia, & importuna. Iam vero ante quam aliud agere incipio, operæ pretium fore existimo & alia nonnulla breviter hoc loco addere, quæ ad gubernationem ciuitatis hoc infelici tempore, & ad huiusmodi tractationem omnino pertinere videntur. Septembri mense cum malum in dies ingrauesceret, atque omnia frustra tentata esse remedia viderentur: grauissimi patres post multas consultationes cogitare coeperunt, de sequestranda vniuersa ciuitate, ita ut nemini unquam domo exire liceret. Quod saluberrimum confilium alias quoque ciuitates prudenter cepisse intelligebant. Sed cum vndeque inter eos non conueniret, tum aliis de causis, tum maxime propter insignem, & effusum sumptum; qui hac in re necessarius videbatur, huiusmodi illi deliberationem longius prorogauerunt. Interea vero media quadam adhibita ratione, Septembri die vigesimo sexto sanctum est, ut posthac unusquisque que domi se contineret, uno, aut altero singula domus excepto, cui libera exundi potest. Quod sane decretum post diem octauum prorogatum est per totum Octobrem, sed restringe magis, nimur ut ex singula domo vii tantum exire liceret, atque ab hora diei quartadecima ad septimam decimam usque, præterea unquam. Ceterum quandoquidem neque huiusmodi sequestratio notabile aliquod mali alleuamenti affere videbatur, in illam tandem sententiam omnes erunt, ut in vniuersitate, & stricte, quam maxime fieri posset, omnes domi se continerent, id quod obseruari coepit cal. Nouembri. Porro cum præteritis optimis temporibus opulentissima ciuitas alee solita fuerit triginta circiter hominum millia, ex descriptione antea diligenter facta, hoc grauissimo tempore in urbe, & vicis non plures reperti sunt nouem millibus, oportentis quadraginta sex.

Apud campum Martium erant quingenti triginta octo: apud Lazaretum quadragesenti quadraginta quatuor. Ex quibus ære publico alebantur quotidie certe quinque millia. Atque hæc sane totius ciuitatis vivendi norma, & prescriptio severa obseruata est continuatis diebus quadraginta, scilicet ad diem decimum usque Decembri. Quo tempore manifesto iam rebus prospere procedentibus, ita permittente magistratu, vii duntaxat, ut prius cooperat, ex singulis domibus exire licebat: donec tandem prope diem festum Natalem D. N. IESV Christi, (quod felix faultumque fit) ciuitatem liberum hominum & rerum commercium consecutam esse vidimus. Iam vero mörbi, & symptomata (ut neque illud prætermittatur) quæ huiusmodi agros comitati solent, varia plane, & multiplicita esse videntur; quantum autem partim ex aliorum, partim ex propria obseruatione consequi mihi licuit, hæc ferme afferri possunt. Omnes propemodum febre laborant, quamvis dissimiles sint febres, ac inter se maxime diversæ: eas tamen perpetuo ex genere continuarum esse existimo: plerique vehementi dolore capitib[us] cruciantur: nonnulli delirio: alii vigiliis: quidam profundo somno laborant: mul-

A s
ti fasti

si fastidioso vomitu , nausea , inappetentia, siti male afficiuntur : aliis fere superflua : lotia prorsus varia, inter se dissimilia, ac saepe contraria; quanquam maiori ex parte illa insigniter crassa , turbata , & corrupta esse facile animaduertimus. De pulsibus non habeo quid certi statuam, quandoquidem nemini vnumquam illum explorare sum ausus ; sed quantum alij haec in re magis audaces , ne dicam temerari referunt, pulsus pariter, quod fere ad omnes eorum differentias pertinet, saepenero sunt inuicem dispares, & vehementer diuersi.

Plerisque solent accidere papulae, quas periculas vocant, bubones, parotides, carbunculi, atque alij huiusmodi tumores, si modo illorum numerum, magnitudinem, colorem, formam, apparitionem, terminationem, & demum partes corporis consideres, inter se plane differentes. Contra vero neque alij quidam defuerunt, quibus vel adhuc viuentibus, vel postea mortuis ne villam quidem maculam, aut aliud malignioris morbi vestigium exterius apparuisse compertum est. In viuentersum autem / id quod multa , & accurata obseruatione hic plerique animaduertimus) omnes propriae, & naturalem effigiem exuisse videntur, faciem nescio quam horribilem assumentes, ut vix illos agnoscere possis.

Ceterum illi maiori ex parte moriebantur, ac breui admodum tempore, die primo, secundo, tertio, quarto, paucos certe septimum praterius existimo. Et quanquam nonnulli impune cum huiusmodi ægrotis etiam familiariter, ac diu versari sunt, plerique tamen etiam levissimo cum illis habito vnu, & commercio hanc aduersam fortunam euitate non potuerunt, ut viuenterum vel numerosa familiæ mirandum in modum misere extinctæ , & penitus delecta fuerint. Quo demum loco illud minime silentio prætereundum videtur, huiusmodi morbos, adeoque mortem ipsam non in alios saepe præterquam in insinuam, & miseram plebeculam, adeo ut apud nos vix decem viri obierint, quorum aliqua notabilis extaret conditio.

Porro autem si quis accurate, diligenterque omnia consideret, atque innicem conferat, quæcunque apud meam Vicentiam, Venetas, Patauium, & alia loca hoc tristissimo nostro tempore euenerunt, morborum, & symptomatum genera, differentias, indicia, ortus, progressiones, terminations, ægrotorum numerum, & quæcunque tandem hac in re ille animo, & cogitatione complecti potest, si facile confitebitur his omnibus in locis similem admodum, & prope eandem fuisse morborum constitutionem: ita quidem, ut iure optimo omnes huiusmodi morbi vni tractationi subiecti posse videantur, & particularis vniuersus disputatio viuenterum censenda sit.

Verum hactenus fortasse longius, quam nostra voluntas fuerat, digressi, iam rem aggredimur, pro instituti nostri ratione de huiusmodi morbis disputaturi, atque accurate tractatur quæcunque ad illorum cognitionem, præseruationem, & curationem pertinent.

Neque est ut aliquem admiratio teneat, quomobrem in praesentia hoc argumentum aggredi sum ausus, neque me à scribendo deterruerint plerique nobilissimi, & doctissimi viri, quorum hac de re grandia commentaria iam diu peruenere in manus hominum.

Primum enim cu isthac mala, si quæ alia, soleant cu gravissimis, & communis periculis esse coniuncta, ut sum nescius an alia grauiora, & communiora homini impendere possint, non modo licitum, sed etiam operæ pretium, imo vero &

necessarium esse existimo, ut vniuersusque pro viribus, tanquam aduersus immitem, & capitalem communem hostem, opem, auxiliumque afferat. Sed præterea (ut ingenue , & libere dicam) tantum abest, ut hactenus edita commentaria me deterruerint à scribendo, ut illa magis mihi animum fecerint ad scribendum: non illa quidem ratione, quod ceteris me eruditione, aut copia dicendi anteire credam; neque enim mihi tantum arrogo, qui sapientissime exterreor, ac sentio, quam mea sint imbecillæ vires: sed cum apud medicos nulla forte sit res adeo difficilis, & de qua tantopere non solum docti , sed etiam indocti dissentiant; egoque ipse priuatione à plerisque, vel doctissimis, & celeberrimis viris de viuentera propemodum re dissentire, in eodem argumento versari, atque huiusmodi tractationem in medium afferre non sum veritus. Ita enim mecum ipse reputo, hunc meum conatum alterutra ratione aut mihi, aut aliis profuturum esse; si enim accidat, quod magis probabile, & rationi consentaneum videtur, ut ego in huiusmodi maximum rerum ignoratione versar, si quis errorem aliquem, quovis tandem, aut loco, aut tempore mihi monstrauerit, & rationem docuerit, vnde ad rectam viam redire possim, tantum abest, ut illud vnuquam sim egre latutus, ut huic magis ingentes gratias, tanquam pro summo beneficio, perpetuo sim habiturus: si vero contra eueniat, ut aliqua saltem in parte nos recte sentiamus, errores detersamus, ac veritatem è tenebris eruamus, nullum pariter maius beneficium vnumque inque accipere posse existimo, quam si illi plana, & certa via pateat, vnde errorum deponere possit. Neque est ut quenquam, qualisunque tandem ille fuerit, à dimittenda, quam antea probauerit, sententia, & semel concepto errore pudor deterreat, si modo ratio, si veritas ita persuadeat; cum vnius in primis veritatis inquisitionem, atque inuestigationem, tanquam propriam homines perpetuo sibi proponere debeant. Ego quidem, quod vnum, antequam incipio mihi monendum restat, nominandis viris, à quibus aliqua ratione dissentio, & hac viuentera tractatione talem scribendi moderationem adhibere studebo, ut modestiam in me nemo, aut temperantiam desiderare possit. Quod si acerbius aliquod verbum mihi forte exciderit, vnde aliquis possit offendii, illud in praesentia, tanquam me imprudente, & innito dictam, in viuenterum deleo, & libenti animo renoco.

Vbicunque iniquo, & infasto otio huiusmodi morbi se prodere, & apparere coeperunt, vehementer dubitatum fuisse audio, qualesnam illi fuerint; atque illud in primis, an pestilentes illos, immo vero pestem ipsam appellare, an magis eos ab omni pestilitate alienos esse, affirmare liceret: Nam Veneris tum alios, tum multis præclaros philosophos, & medicos, quales in alma ciuitate perpetuo florent, anciipi prorsus disputatione, in vtranque partem copiose disservisse, & acfiter litigasse accepimus. Sic Mantua de huiusmodi morbis maximæ disputationes, & lites habita sunt; qua de re Ioan Baptista Sustius medicus nobilissimus, atque in Hippocratis & Galeni scriptis, si quis alius hoc tempore mirabiliter versatus, doctissima editit commentaria, quibus copiose, & grauiter probare contendit vrbeni illam nobilissimam proximo anno M D L X X V. ab omni morbo contagioso, & pestilenti longe fuisse alienam.

Sic apud nos (ne loca singula recenseam) hac de re frequenter disputatum est, ut lis hactenus sub iudice versari, neque adhuc satis definita esse videatur. Itaque nos quoque hunc locum primum tractabimus, qualesnam huiusmodi morbi statuendi sint, & an verae pestis nomine sint appellandi.

DE PESTE

At vero hac in re vix aliquid statuere posse videmur, nisi primum intelligamus, quid in viuis sum sit pestis: quae situm plane apud medicos, si quod aliud, difficile, & reconditum, in quo explicando, nobis quoque ingenij nostri vites experiti liceat.

4. De dif. pul. c. 2. Quoniam autem propria vniuersiusque rei vis, & essentia definitione in primis declarati soler, quam duorum generum Galen. esse docet; alteram, quae declarat definiti notionem, & sumitur a communi hominum opinione, alteram, quae essentiam demonstrat, & constat ex determinato genere, & differentiis, vitrane nos inuestigare conabimur; quam methodum passim Galen. maxime vero lib. de morib. differ. solet obsernare. Itaque homines pestilentiam aliquo in loco esse arbitrantur, cum plurimi agrotani, & se inuicem inficiuntur, & misere pereunt, vt consensu omnium statuendum sit, pestem morbum esse, atque illum quidem pluribus communem, & perniciosum. Sic alias plerique nomen pestis ad res pernicio-
c. 1. & 2. sume periculosas hanc inepte accommodant: qua significatio frequenter Cicero pestiferum magistratum, pestiferum bellum, pestiferos ciues appellare consuevit.

Iam vero morbi sunt triplices, intemperies partium similarium; mala compo-
sitione instrumentalium; solutio continuu, utrisque communis: vnde pestis, sub horum aliquo, vel sub omnibus contineatur, necesse est. Non sum ne scius alios diuer-
sam hac de re disciplinam tradere; sed illos in praefentia nihil moramur: siquidem,
quod ad artis medicæ dogmata pertinet, Galenum perpetuo imitari, & ab illo ne latum quidem vnguen discedere nobis iamdiu constitutum est; cum quo, vt de Platone aliquando scriptum reliquit Cicero, errare malum, quam cum istis vera sentire. Tum vero morbi aut sunt omnibus comunes, quos Græci *citus, pandimus,*
2. De na- & *pancinos* appellant, (has etenim voces synonymas esse, ac idem prorsus significa-
tur. Hum. re nos existimamus) & sunt, vt placet Hippocrati quicunque plurimos aggrediu-
text. 2. tur, sive iuuenem, sive senem, sive mulierem, sive virum, sive meri, sive aqua pota-
torem, sive manducantem mazam, sive panem, sive exercitio multo, sive pauci-
tentem, omnes ad summam, cuiuscunque status & conditionis sunt illi sunt sparsi,
quos Græci *sporades* nominant, quando nimurum, illi inter se dissimiles, & genero
diuersi non omnino multos, sed seorsum vnumquemque apprehendere solent; huc
pleuritis, illum febris tertiana, &c. Priores aut regionem aliquam, aut multas
etiam aliquo tempore infestant, qui à Græcis tum *epidimi* tum *epidimi* vocantur, à
nostris populares, vulgares; aut aliquam regionem tanquam familiares perpetuo
afflignant, qui Græcis *endemi* dicuntur, nobis cum Cicerone patrios, vernaculos, ac
domesticos vocare licet. Morbi populares aut sunt perniciosi, vt plerisque interficiant;
aut non sunt perniciosi, vt ab iis plerique evadant; si sunt perniciosi, sunt
pestilentes: si non sunt perniciosi, sunt simpliciter populares. Atque hanc nos ger-
manam, legitimam, & in primis Hippocratis, & Galeni disciplinae consentaneam
horum nominum explicationem esse existimamus: quam tamen plerique minus
assercuti esse videntur.

Vnde hac in re non satis probare possum sententiam illorum, qui sporadicos
morbos sub vagantium, & vulgarium morborum genere collocare solent: etenim
vel ipsum per se nomen facile indicat eos minime passim vagari, cum magis parti-
culatim, & sparsim hunc vel illum hominem aggrediantur, quæ Galeni etiam doctri-
na satis perspicua est, & gradus diversas (ille inquit) Hippocrates vocare consue-
uit,

TRACTATUS PRIMUS.

uit, quæ non omnino multos, sed seorsum vnumquemque apprehendunt. Immo
vero si passim vagarentur, & multos inuaderent, iam non dispersi morbi, sed ma-
gis communes essent dicendi. Quamobrem non initia Gal. morbos sporadicos
morbis vulgaribus, & vagantibus, tanquam maxime discrepantes passim oppone-
re solet. Ostendit hac oratione Hippocrates (ille ait) multos morbos vno tempore

*1. De rat.
vitt. in m.
ac. 9.*

fieri, quos, si perniciosi fuerint, pestem appellant, si mitiores, altera quadam in-
dicant appellatione; Est autem & aliud morbi genus commune multis, quod en-
demum, vel endemum appellant, quasi patrium, aut vernaculum dixeris. His au-
tem omnibus aduersantur *sporades*, id est qui sparsim, priuatumque prehendunt, &
gros discrepante fatigantes, neque secundum communem modum constantes, &
rursus. Consecuit quidem Hippocrates vtraque hæc agritudinum genera & com-
munia, & passim grassantia nuncupare, ceteras vero omnes *sporades*, id est dispersas,
scilicet quæ non omnino multos, sed seorsum vnumquemque prehendunt: nam
sapienti Græci *sporadicæ*, pro dispersere, & ab inuicem separare, usurparunt, & ad
eum modum Thucydides de iuuenibus ait, vere autem alij in alia ciuitatis parte

*Princ. 1.
Epid.*

dispersi perierunt. Sic alias Galenus *sporades* vocat venas aliquot per cutem mo-
dics interuersali *sparsas*: & Aristoteles *spirin*, animalia vocat, quæ huc illuc dispersa,
non gregatim pacuntur, quæ etiam solitaria, seu solitaria alio nomine appellan-
tur: sicuti altera vocat *sporadicæ*, quæ ciuitatum ritu societatem inuenit, & vna vivunt,
vt apes, & formicæ in primis: adeo vt si vocabuli vim, & rem ipsam serio velimus
animaduertere, nulli dubiu esse possit, morbos dispersos ad communes, & vagan-
tes referri non posse. Itaque necio quid in mente venerit Fernelio (quem virum
illustri profus ingenio, & admirabilis eloquentia donatum plerique tanquam di-
uinum quoddam numen suscipiunt, & admirantur) vt tum aliis rebus, tum maxi-
me iis nominibus explicandi noua comminisceretur, scientisque ac volens à Gale-
no deficeret. Cuius autoritatem deinceps secuti sunt plerique omnes nostrorum
temporum medici, qui morbum epidemium esse docent, non vni tantum regio-
ni, sed pluribus communem, ob aëris superstantis, atque vndique ambientis altera-
tionem, & superioribus, celestibusque causis oriundam, minime à solis inferio-
ribus, morbum pandemium definiunt, qui sit quidem omnibus communis, sed
pendeat à causa inferiori, cibo, potu, & aliis, quæ eandem rationem sortiuntur, mi-
nimè ex aëris alteratione, aut alia celesti causa. Atque ne in singulis recensendis
sim longior, mirum quam in hac nominum explicatione, atque vniuersa hac de re
doctrina omnia peruertant, atque confundant. Quod quidem sic se habere facile
vniuersisque poterit intelligere, partim ex iis, quæ à nobis iam constituta sunt, par-
tim ex iis, quæ posterius tractabuntur, sed in primis ex accurata lectione vnius Ga-
leni, quem non modo in nominum observatione, sed in vniuersa re medica, medici-
cos imitari, atque omnia quo ad fieri potest, ad ipsius dogmata referre maxime ve-
lim. Modo redeuntes ad rem, ita nos statuimus, omnes in vniuersum, & omnis ge-
neris morbos pestilentes esse, immo vero ipsam pestē efficiere, si modo illi sint vul-
gares, & maiorem hominum partem interficiant: ita quidem, vt pestem hac vna
formis, & charactere circumscribendam, & determinandam esse nos existimemus.
At vero quoniam huiusmodi sententiam, quam Galenica, atque adeo verissimam
esse nos minime dubitamus, plerique tanquam paradoxon, & forte ab omni veri-
tate abhorrent, minus hoc tempore suscipiunt, instituti nostri ratio nos hic pau-
lis per consistere, & immorari cogit. Si quis querat, quamobrem magnus Hippo-

*1. De rat.
vitt. in m.
ac. 9.*

crates

brates nullum de peste peculiaris commentarium scriperit, huic responderet Galenus, quoniam in libris Epid. ille satis demonstravit pestem unum esse ex morbis vulgaribus: quæ eadem forte ratio Galeno etiam perhaesit, vt ab huiusmodi argumento priuatim abstineret. Atque profecto si accurate nos animaduertamus, colligamusque omnia, quæcunque sparsim variis locis, in primis vero in libris Epidem. cum ab Hippoc. tum à Gal. hac de re tradita sunt, vniuersisque satis intellegit, quam temere, & sine villa causa plerique tantum oscitantæ, & negligentia crimen diuinissimis viris imponant, quasi partem artis medicae maximæ momenti, adeoque vniuerso orbi maxime necessariam intactam reliquerint. Ad quem certe modum aliorum frequentes querelas audire soliti sumus, qui vehementer dolent, & ægre admodum ferunt, quod plerique alij perficerant, Galenū vniuersisque morbi particularem tractationem minime perfecisse, adeo ut pronunciate, ac praedicare ille non vereatur, neminem vnam ex uno Galeno, in absolutum medicum euadere posse: ignava prorsus, arque infana vox: ut nos contra affirmare non vereamur, & maxima & innumerabilis turba medicorum unum in primis Galenū diuino munere mortalibus datum esse, vt quod nemo alijs assecutus est, medicam illæ arte illustraret, atque vndique perficeret: quandoquidem Galenū vniuersæ artis manifesta principia, solida fundamenta, & præclarum methodum ita constituit, iecit, & docuit, vt ad cognoscendos, vel ad curandos morbos nihil præterea desiderare possimus: quod priuatim de pestilentia vere affirmari posse non dubitabimus. Quod si legantur quicunque aut præterito, aut nostro tempore hoc argumentum tractarunt, quidnam obsecro proferre illi possunt, quod non ex nostro Galeno magis accurate, & exquisite nos consequi possimus? Afferent forræ, arbitror, ingentem illam sylvam præsidiorum, quæ secræ appellant, de quibus posterius à nobis tractabitur.

Cum igitur, tum in aliis artis medicæ partibus, tum in hac ipsa tractatione de peste, Hippocratis & Galeni preceptis non desistuant, enitendum est nobis, vt ex eorundem doctrina veritatem illam confirmemus, quam modo probandum suscepimus, nimirum omnes morbos, quicunque tandem illi fuerint, pestilentes esse, adeoque veram pestem fieri, dummodo illi sint vulgares, & pernicioſi, ita quidem vt Galenus nusquam, & nunquam aliam nobis pestilentia formam tradidit, nisi quam huiusmodi bini termini, tanquam determinati cancelli circumscribere, & concludere videntur.

1. De rat. Ostendit hac oratione Hippocrates (ille ait) morbos multos uno tempore fieri. in m. ri, quos si pernicioſi fuerint, pestem appellant; si vero sint mitiores, altera quadam appellatione epidemios, vel epidemios nominant; vt epidemios morbus sit, qui tempore aliquo in regione aliqua abundet, insoleſcatque, pestis vero epidemias perniſioſas.

Proem. 1. ciosa & rufa. Ex morbis vulgaribus, quos Græci epidemios, vel epidemios vocant, pernicioſissimi quicque pestilentes vocantur. Sed alias omni luce clarius.

**3. Epid. se-
ditio. 3. com.** Vnus de vulgaribus morbis & ipse pestilens est: neque enim certi est morbi no- men vulgare, vel pestilens: Cæterum quicunque uno in loco multis simul innaserit, vulgaris vocatur, qui simul si hoc habeat vt multis perimit, pestis fit, & iterum, atque hucusque (inquit) vulgaris hic morbus erat, nunc vero pestilens est fa-

**4. Epid. se-
ditus, cum multi mori coepirint. Sed ne simus longiores aliis recenſendis locis, qui
sitio. 7. com. 1. certe iis plane consentientes apud Galenum plurimi non desunt, vt ignorari non possint, rem ipsam aggredimur. Itaque si omnes omnium temporum pestilentias**

studioſe memoria repetamus, atque singula vniuersisque tum symptomata, tum morbos accurate animaduerramus, illa quidem ita multa, varia, inter se diffiden-
tia, ac sè penumero contraria fuſſe deprehendemus, vt vniuersisque facile intelligere possit, pestem uno morbi genere minime coangustari, sed omnes in vniuer-
sum amplecti.

Quod primum nobis maxime demonstrabit constitutio libri tertij Epidem. quam solā inter omnes vere pestilentem Galenus appellare consuevit. Cum enim propositum esset Hippocrati hoc in loco (vt Galeno placet) describere tempeſta-
tem pestilentem, immo vero pestem, quæ multatum gentium fuit communis, in-
cipit ab anni constitutione.

Annum Austrinum, pluviis, & ventis in totum silens, quod mox particulari enar-
ratione autumni, hyemis, & aliarum anni partium verum fuſſe probat.

Tum vero statim ille initium facit ab iis, quæ hac tempeſtate contigisset, hac
serie.

8 Cum esset totus annus Austrinus, humidus, & lenis, per hyemem quidem fal-
briter egerunt, præter tabidos, de quibus modo scribemus.

9 Ante ver yna cum frigoribus consecutis, satrignes multi, hos cum occasione
affecerunt, illos non, qui maligni, sive male morati cum essent, multos interfeci-
runt.

10 Multi fauibus laborabant, voces vitiatæ.

11 Febres ardentes, phrenitici.

12 Oraphitis vitiatæ, pudenda tuberculæ, Lippitudines, carbunculi.

13 Alui turbatæ, cibum fastidiebant.

14 Quidam sitibundi erant, quidam non.

15 Vrina turbatæ, multa malæ.

16 Soporoſi diu, rursusque insomnes erant.

17 Multi prorsus non iudicabantur morbi, quidam ægre.

18 Aque inter cutem.

19 Tabidi multi.

20 Habes morbos qui vulgabantur.

21 Ex qualibet morborum, quos recensimus, specie complures ægotabant, &
mortiebantur.

Acciderunt autem cuique horum hunc in modum. Hactenus Hippocrates, Quo-
quidem loco (ne transcribendis vniuersis sententias tempus longius perdamus)
deinceps ille, ac separatis singulorum tractationem agreditur, atque accuratissime
explicat, quæcunque aliqua obſervatione digna, videbi possunt. Ex quibus ne-
mo est, qui non facile intelligere posſit, in pestilenti huiusmodi constitutione plu-
ritima vagata esse mala, varia, diuersa, inuicem dissentientia, cum febre, sine febre,
erysipela, phrenitidem, tabem, carbunculos, apostemata, & alia huiusmodi varia
prorsus symptomata: diuerſas pariter partes corporis laborante: varios demum fuſſe
humorum motus, & errores. Quanquam vero hæc manifesta sunt, atque hac in
re satis vnicuique facere debent, vnum præterea, aut alterum Galeni locum, huc
nos afferre non grauabitur, qui hoc ipsum manifestissime comprobant.

Febres ardentes, phrenitici.

Ardentes febres extiterunt, inuadentibus in ictus, & ventrem biliosis excre-
mentis: phrenitici vero, caput perentibus.

Com. 12. Memoria enim repetenda est communis hæc ratio, ab eodem statu genitum putridum humorem non easdem aggredi partes, quod nec per naturam eo statu corpus omnium eadem conditione positum esset, sed aliis esset alia pars infirmior. alio item loco.

Com. 70. Huiusmodi tempestas videtur in corpore plenitudinem aceruasse, & trespesse caput; idque omnibus morbis commune fuisse, sed proprio quenque morbo aliis alio correptum, pro sua cuiusque naturali fluxionibus, acribus deiectionibus, pinguibusque biliōs: rubicundi vero, & ad melanholicam proclives, & crasso sanguine, calidoque prædicti non iniuria phrenitide, & febre ardente correpti sunt, & etiam cruentis dysenteriis, ut maxime par fuerat: que autem essent naturæ vel calidiores tantum, vel frigidiores simul, & humidiores, has par erat, ut & que nec facile febribus cedebant, nec biliōs affectibus, in solas incidisse defluxiones a capite, itaque intubuisse. Haec tenus Gal. Quod si quis his non acquiescit is vniuersum illud commentarium perlegat, in quo infinita alia propemodum loca huic sententiæ conuenientia facile reperiet, que nos breuitatis gratia cōsulto prætermittimus.

Porro si memoria repētamus pestilentiam celebrem Thucydidis, cuius Galenus frequenter meminit, & quæ eandem esse nos existimamus cum ea quæ describitur ab Hippocrate; pestilentiam gratuitam, que ipsius Galeni tempore diutissime perferuerat; alias item, quæ postiore tempore euenerunt; atque vniuersu[m]que morbos, symptomata, progreſſiones, partes corporis laborantes & singula accurate consideremus, huiusmodi sententiam meo quidem iudicio nullam amplius dubitationem habere, vere quæ superius statutum esse videbitur, pestilentiam vnicō morbi genere non coarctati, neque vnam corporis nostri particulam petere, immo vero omnes omnium generum mōrbos, quicunque tandem, & qualescunq[ue] illi fuerint, ad illam opportune referri, si modo sint vulgares & permiciōs; qualcunq[ue] item partes corporis, huic tanto malo obnoxias esse.

Ceterum hoc loco ingens ille scrupulus enuellendus est, qui plerosque stimulat, ac pungit, an pestis absque febre consistere possit; quandūquidem plerique omnes illud aut difficile, aut certe vix vnuquam fieri posse contendunt, prō certo statuentes a peste febrem nunquam separari, immo vero pestem non aliud esse, quam febrem malignissimam, que directo cor pētens, hominem brevi tempore perdat. Cuius quidem sententia patroni primum afferunt Hippocratem, qui non modo febrem a peste nunquam separari, sed pestem non aliud quam febrem appellare videtur.

Eib. de fl̄ib. 2. Sunt (ille ait) duo febribus genera; alterum communè omnibus pestis appellatur; alterum prōpter malam vietus rationem his priuatim contingit, qui ea vtuntur. Cuius viri deinceps autoritatem maximam fecuti esse videntur, Paulus, Aetius, Avicenna, atque omnino medici ferè omnes Graci, Latini, Arabes, qui communè quadam omnium conſenſione pestilentiam morbum inter febres collocare & certis quibusdam symptomatis definire solent, ut aliam præterea pestilentie formam illi agnoscere non videantur.

Sed & rationes illi adductum enim pestis, si quis alius sit morbus acutissimus, ut ille febrem adiunctam habeat, necesse est, quandoquidem vel testimonio Hippocratis & Galeni pluribus in locis, febres à morbis acutis sumi inseparabiles. Præterea cum pestis (id quod à nullo fere in controverſiam duci arbitror) ex summa purpure ducat, quam gignendis febribus accommodatissimam esse facile omnes.

omnes intelligunt atque hoc malum cor ipsu[m], quasi totius corporis arcem perpetuo oppugnare, sèpe etiam expugnare soleat, quod sane membrū non solum præcipuum, sed vnicam sedem omnium febrium esse iamdiu constitutum est, aut difficile omnino, aut certe nunquam fieri posse videtur, ut in tanto congresu, virgineteque tam valenti causa illud omnis febris sit immune. Longa demum experientia hoc ipsum probare conantrur, accirme contēdentes neminem vnuquam peste laborantem à febre liberum fuisse. At vero si memoria repētamus, quæ superius constituta sunt, nos contra adiuerſam sententiam tueri, & peste aliquando sine febre consilere affirmare non verebimur: quemadmodum ē contraria pestilentem patiter febrem sine peste aliquando fieri certum est, ut apud nos, porifissimum ineunte vere sèpē numero evnit, & perspicue docet Galenus loco notabili Epidem. his verbis: Et pestis quoque illa longissima, que nostra aetate vulgata est, ex ijs, que per alium vacuanter, omnes propemodum sustulit: quæ evacuabantur, erat colliquatio, quod quidem videtur symptoma esse in perpetuum febris, quam pestilentem priuatim vocant, cum vel circa peste mortales corripiat, quod etiam alibi confirmat, quæ quidem huc affecte, & particulatim notare voluimus, ut animaduertatur oscitantia, diutius certe non referenda duorum virorum maximū nōmīnis; quorum alter fasciculos de peste, alter contradictiones medicorum iamdiu scriptis mandauit: qui non sine insigni huius loci depravatione, illum in contrario plane sensu affectarunt, hac serie.

Quæ evacuabantur erat colliquatio, quod quidem esse symptoma viderit in perpetuum febris, quam pestilentem priuatim vocant, cum mortales, vel circa febrem pestis corripiat: quan profecto lectiōnem vnuquisque facile intelligit, non modo à legitima Galeni litera prouersa alienam esse, sed etiam manifestam contradictionem continere, ut hinc fructuoso plane instituto, studiosi discant, velim, singulos aliorum locos qui ab auctoribus proponuntur, perperio, & accurate cum authentis conferre.

Sed redeo ad rem, demonstratus pestem aliquando sine villa febre grastari, ac homines interficere: etenim si pestis nullo particulari, & determinato mōrbo concludatur, & circumscriberetur: si nulla est corporis pars, quam illa in primis non aggrediat, & quam totius mali veluti fontem appellare non licet, quo iam sati mihi demonstrasse videor, ut pestis aliquando sine febre contingat, necesse est. Præterea vero quid prohibet, quo minus communi aliqua de causa, de qua posterioris tractabitur, malitiosi quidam, & venenati humores aggregari, potencere, & corrupti possint extra venas tantum; vnde homines variis prorsus, & variari partium mōrbis absque villa febre laborent, & frequenter moriantur: quemadmodum certe sunt determinata quædam venena, sive ab animalibus faculata, sive exhibita, quæ tum alias partes, cum maxime cor perendo, & corrumpendo, absque villo febris intertuent necem velociter afferre solent.

An fortasse hac in re nobis exempla defunt? Thucydides celebrem illam pestilentiam accuratissime describens, ut neque leua quæque prætermittat, febris non meminit, cuius tamen præcipuum mentionem illum facturum fuisse credi potest, si modo illa ægroti manifeste laborasset; quanquam ex immoderato interno ardore, ut neque reria vestimenta, nec aliud quicquam sustinere illi possent, 3. de us. par. ne febre quidem illos caruisse coniicere licet. Galenus cuiusdam saeva pestis alii, 5. quando meminit, quæ in summos pedes grastabatur; quos quidem ægrotos omnis lib. 3. c. 45. febris

*3. Epid. feb.
etio. 7. com.
57.*

*And. Gallus
fasci. 4. an
pestis sic febr.
Card. lib. 2.
contrad. me-
dic. trac. 5.
contr. 4.*

febris immunes fuisse verisimile est. Paulus colicam ægritudinem suo tempore instar pestiferæ contagionis grassatam fuisse tradit, quæ ab Italiae finibus incipiēs per pleraque alia Romani Imperij loca impetum fecit; nō paucis in morbum comitatem, aliis in membrorum resolutionē, incolumi sensi, nonnullis in utraque delapsis; ex quibus magna pars eorum, qui in comitialem ceciderunt, mortui sunt, quotū vero morbus in paralyſi transferat, plerique euaserunt. Iosephus cuiusdam gravissima pestilentia mentionem facit, in qua ex vna dyfenteria quam plurimi obiciunt; ita quidem vt ante eorum obitum plerisque intestina corruperentur. Sed quid plura testimonia quæsumus? Legatur vniuersum cōmentarium Hippocratis, & Gale, illius constitutionis pestilentis, in quo non desunt multi & perspicui loci apud vtrumque, qui huiusmodi sententiam manifesto confirmant; ex quibus vnum, aut alterum nos hic notare non grauabitur.

*Init. lib. 6.**Antiq.**3. Epid. sec. 3.**3.**3. Epid. sec. 3.**25.**Galen.**Hippoc.**55.**9. de simpl.**med.**Andr. Gal.**sup.*

Quorū caput (inquit Hippocr.) horum quid tentaret, his caput to: um glabre sciebat, & mentum ossaque denudabantur, decidebantque, ac multæ exciterunt flūxiones. His adiuncta aliquando, & aliquando non erat febris.

Peiora erant in quibus in profundum fecessit humor ignem sacram efficiens, eū in viscera, & principes partes se conferēs, præter alia sym promata febres etiam acutæ generabantur quibusdam tamen, quibus in superficie era huiusmodi putredine, partes etiam circa febrem marcecebant; quorū quidam hac de re precipue incolument euaserunt, virtutis humoribus simul per eas partes, quas iij putrefecerant, emis- sis; oberrabat enim, vt ipse vocavit, fluxio per totum corpus, hoc est, temere, nulloque ordine, & calu vagabatur, vt quo eset influxuia, medicus arte præ sagire non posset. Item posterius.

Excrementationa biliosæ, pinguisa, tenuia, aquosa, atque ipse morbus multis eo erupta circa febrem, & in febre. Quem locum interpretatus Galenus; præsens sermo (inquit) continet omne genus morbi, quatenus homines inter se se, natura aetate, & vi- etu distant. Ergo cum aliis aliis abundaret succus, hic à statu aeris auctus est, vt demonstrauimus: tandem putredine excipiente putrefactio pro humorum differentia collectorum variabat: tam quia hæc in locum cuique ægrot natura imbecillium se conserbat, multis contigit partibus ladi, quod & homines satis multi es- sent. Proinde erat probabile, natura biliosæ, & iis, qui inveniatis flore esent, & sollicitis, iisque qui laboribus se, & administrationibus conficerent, hæc solleste. Porro multos dixit hoc morbo laborasse, hoc est deieciſe talia etenim etiam circa febrem, hoc dicit quibusdam acceditisse. Haetenus Galenus. Quos quidem locos li- cit prolixiores, consulto hic nos transcripsimus, quod illos non solum ad hanc re, de qua agitur in præsentia, sed etiam ad superiorē disputationē præclare ac- commodatos esse existimemus.

Denique Galenum audiamus de vni boli Armenæ quod medicamentum in pestilentia ad coelum effert, ita loquentem. Ceterum bibit ex vino albo, consistentia tenui, modice diluto, si aut plane febre carcat, aut leuiter ea tene- tur, sin grauiter febriar, admodum aqueo, qua sententia (mihi quidem vt videretur) nihil clarius dici potui; quanquam medicus archiatros, cuius supra mentionem fecimus, illam interpretatur, ac refert ad homines sanos, minime pestilentia labo- rantes!

Neque Galeni sermo (ille ait) de bolo Armeno contrarius existimatur cum hoc loco Galenus propinet bolum Armenum sanis, qui sunt sine febre, quam in- terpre-

terpretationem à Galeni mente proflus alienam reciendam esse putamus; siquidem manifeste illæ de hominibus laborantibus, ac de curatione, minime de sanis, aut de præservatione loquitur, quod aperte monstrant verba illa: Quotquot hoc medicamentum bibere, celeriter curati sunt; at quibus non profuit, omnes interie- re, scilicet, cum nec alio quoquis iuarentur, unde colliguntur, quod iis duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles.

Qua in re præterea, neque satis mihi probatur responsio doctissimi Mercurialis, qui hanc ipsam Galeni sententiam interpretatur de febre exigua, & vix sensibili. Quam eandem quoque responsionem ille accōmodat sententias Hippocratis, quæ, vt superius notauimus, plerosq; sine febre pestilentia laborasse affuerat. Pestis (ait Merc.) fieri quidem potest interdum, & fit sine febre insigni, quemadmodum docet Galenus nono illo de simplic. medic. sed quod fiat pestis sine febre, saltem exiguæ, & vix sensibili, nunquam esse potest: Et propterea quando Hippocrates nar- rat ægros aliquos fuisse sine febre, intelligendum est de febre insigni. Etenim Gale- nus tradens rationem exhibenda boli Armenæ triplicem hominum conditionem cōsiderat: qui plane febri careant, qui leuiter ea teneantur, & qui grauiter febriant; vnde quomodo prætermissa prima, & postrema cōditione, sententia in vniuersum ad medium duntaxat sit referenda, ego proflus non video, præter quam quod Ga- lenus, si quis alius, proprij perspicui, & exquisiti sermonis obseruantissimus, aper- tissime, & planissime inquit, vt apertius, & planius dici non potuerit [si illi plane fe- bre careant] Arque hoc idem de Hippocrate statuendum esse nos existimamus, qui plerisque in locis, atque dilucide admodum huiusmodi sententiam expressi; vt ex hac mutua quoque grauissimum, hominum consensione sententiam nostram haud leuite confirmare nobis licet.

Neque vero magis de hac sententia me dimouere possunt, quæ ab aduersariis obiiciuntur. Etenim quod attinet ad testimonium Hippocratis lib. de flatibus, hunc nos librum cum doctis quibusdam viris inter libros Hippocratis legitimos hand recipiendo existimamus; siquidem in eo pleraque non desunt; quæ à do- gmaribus ipsius Hippocratis, adeoque veritate ipsa manifesto sunt aliena quale est: (ne plura afferam) quod hoc ipso loco haberet, febrem affidere omnibus aliis mor- bis. Quod si tamen adhuc illum, tanquam magni Hippocratis obstinate suscipere velis, vna cum Galeno dici potest, satis esse si illius sententia maiori ex parte veritatem contineat qua quidem vna eadem ratione omnes medicos nos libenter ex- cufamus, ac tuemur, quasi illi haud temere in vniuersum statuerint, quod maiori ex- parte ita se habet, quemadmodum certe nos quoque pestem febri plerumque co- pulari non inniti credimus.

Sed esto: si liber Hippocratis, perpetuam veritatem continet, & quidem adhuc non satis intelligo, quomodo hinc aduersarii colligant cuicunque pestilentia ne- cessario febrem accedere: vnde hic locus, quem forte nemo haec tenus satis est, asse- curus, magis accurate, & exquisite discutiendus est.

Febrium (inquit Hipp.) duo sunt genera alterum commune, quod dicitur pestis, alterum priuatum. Hæc diuisio: est febris tanquam morbi communissimi in duo membra: & alteram omnibus communem esse ait, quæ vocatur pestis: alte- ram vnicuique propriam, quæ ratione victus prouenit: an hinc colligendum est, pestem omnem esse febrem: non puto. Quod si propositiones formate velimus, vt ad dialegticos diuertamus, iuxta regulas libri Peri Herm. non erunt aliae,

quam haec duas aliquae febres est pestis; aliquae febris non est pestis: quae sunt duas subcontrariae ambae verae: quarum contradictiones sunt ambae falsae: nulla febris est, pestis; omnis febris est pestis.

Si quis igitur hinc deducat, omnem pestem esse febrem, vel cum febre, hic argumentabitur a particulari affirmativa; ad suam conuersam vniuersalem: quod non licet: aliqua febris est pestis, ergo omnis pestis est febris. Rationalis (exempli gratia) duplex est genus, alterum corporeum, quod animal vocatur, alterum incorporeum, quod substantia separata est; an hinc sequitur omne animal esse rationale? Quocunque igitur se vertant aduersarij, hic certe locus non satis eorum opinioni fauere videatur.

Iam vero morborum acutorum febres continuae sunt, & inseparabiles, si modo illi febrem adiunctam habeant; sed omnibus morbis acutis febrem necessario coniungi, illud nos falsissimum, & a Galeni mente alienissimum esse non dubitamus; quandoquidem certo certius apud me est, morbos acutos fieri partim cum febre, partim sine febre; sed si febris adiicit illa sit continua, necesse est, quemadmodum certe, si morbo pestilenti, procul omni dubio acuto; febris accedit, illam conti-

4. Aph. con. 43. nua, ac minime intermittemt esse, necessariu est; quando priuatum autore Gale-

nii fieri non potest, vt illa febris ex maligna humorum putredine ad aliquam intermissionem, & quietem desinat; vt hac in re probare nequeam sententiam tum aliorum, tum praesertim doctissimi Agricola, qui non modo febrem a peste nunquam separari, sed illam quoque aliquando intermittemt esse velit. Quomodo

5. Aph. con. 31. naque febris intermittens, ac proinde vel teste Hippocrate omni periculo vacans, pestilens, atque adeo perniciosa esse potest? Porro hanc doctrinam, quam nos de fe-

bre morborum acutorum nuper indicauimus; aperte admodum & perspicue docent Hippocrates, & Galenus, siue acutus (hic ait) cum febre morbus sit, necesse est febrem continua esse, siue absque febre aliis quipiam morbus acutus fuerit, qualis epilepsia, apoplexia, convulsio, tetanos, morbi tum magnitudini, &c. Sic ille (spirationis facilitatem existimari oportet per quam magnum vim habere ad salutem in omni morbo acuto, qui cum febre infestet. Quen locum interpretatus Galenus, adiecit (inquit) qui cum febre infestet, vt cum a convulsione, & tetano, & cholera disiungeret, & quicunque alij morbi sine febre acuti sunt. Quos quidem locos profluis notabiles, quia quā alioqui prater rem consueto hic animaduertisse volamus, quod neminem haecen mihi legisse contigit, qui illos probe animaduer-tit, & hanc rem satis fuerit assecurus.

Præ ceteris meis nobilissimus Mercurialis, quem hominem hic, & vbique ho-
noris gratia nominatum volo, demonstratus a pestilenti febrem nunquam sepa-
rati, inter alias hac vtiuit argumentatione. Pestis omnium consensu est morbus
acus, igitur est cum febre; quam mox sequelam ille probat autoritate, & testimo-
nio Hippocratis, & Galeni, qui pluribus in locis, vt supra admonuimus, constanter
asseuerant, acutorum morborum febres profluis esse continuas: quasi vero ita
viri grauiissimi indicate velint, à nullo morbo acuto febrem unquam separari posse: sed, nisi ego profluis fallor, longe alter illi sentiunt, hoc est, (quod reperio
iterum) acutorum morborum febrem continua esse, non quidem quod nullus
sit morbus acutus, qui citra illam esse possit, quando Galenum audimus con-
ceptis verbis constituerem, atque enumerare nonnullos morbos acutos, qui febre
omnino sunt destituti: sed illud unum eos docere constat, si accidat, (accidit au-

exp. 27.

tem

tem sepiissime) vt febris alicui morbo acuto copuleretur, illam necessario continuam, ac nunquam intermittemt esse, vt omnino rationi consentaneum est. Neque vlo-
lo in loco, arbitror, Hippocrates, aut Galenus morbos acutos simpliciter a febi-
bus, sed a febribus continua non separari docent; quamquam sape interpres le-
gitimam huius sententiam intelligentiam perturuant, & plerisque errandi occasione
affuerint. Sic (ex g.) vbi Grace habet Galenus, παρὰ τὸν ἀριστοτέλεα τὴν φύσιν τηνάκτων. 1. Aph. cō. 7.

Leonicensus ita vertit; febres (qua à morbis acutis sunt inseparabiles) Plantius, qui
post omnes fideliores omnino, & Latinorem Aphorismorum interpretationem
edere contendit, hunc in modum; febres, quæ semper comitantur morbos acutos.

Quem profecto locum magis apte, & ad Galeni mentem uterque reddidisset, hoc
modo; febres acutorum morborum sunt inseparabiles.

Quod si denuo rem ipsam animaduertere velimus, si morborum acutorū for-
ma, vt Galeno placet, tum motus velocitate, tum periculi magnitudine compre-
hendit, cur non apoplexiā, tantum, & alios huiusmodi morbos vere acutos ap-
pellare licet, quamquam sine febre, qui brevissimō admodum tempore, maiori ex
parte hominē perimunt: Sed alia prosequor. Pestem ex insigni putredine ortū du-
cere, atque hanc gignendis febribus vehementer accōmodatam esse fatemur, cum
& Galenus inter præcipias excitandis caloris causas putredinem recenseat, pestilen-
tem pariter huiusmodi putredinem plerunque ipsū cor petere arbitramur; sed quam-
libet putredinē intra venas accendi, perperuo febrem excitare, atque semper unum
cor primum aggredi, illud nos constanter negamus; quia cum superiori disputatio-
ne satis confirmata sint, frustra hic non sunt repetenda.

De experientia denum, quam plerique sēpē numero iactant, paucis agendum
est, qui mihi videntur huiuscmodi argumento nimis licenter abuti, & plane quid
experientia sit ignorare. Etenim si experientia teste philosopho, quadam est parti-
cularium cognitio ex memoria resolutis, ab artis facultate parvū omnino deficiens,
non est credendum omnem cœuentium rerum memoriam, experientiam esse, &
expertum hominem reddere, nisi ratio, iudiciumque adiiciatur, quo sit rationabilis
ad similia transitus, & ars quædam (vt ita dicam) particularis constituitur. Quam-
obrem iure Græcus Aristoteles interpres, qui sub Alexandri nomine circumfertur,
primum lib. Diuinorum exponens, dixit, experientiam esse cognitionem rationa-
bilem à memoria proficiscentem. Atque hoc est, quod voluit Galenus, apud quem
passim legere est, experientiam non esse ab ratione diuellendam, alioquin errorum,
ac periculi plenam esse, eique omnino siendum non esse.

Quod si argumentis plane firmis, & summorum virorum testimonij aduersari
nos sentientiam, nisi fallimur, satis, superque confirmavimus, quæ fieri potest, vt a-
llud experientia demonstretur. Sed neque nobis experientia defunt, quæ illis oppo-
nere possimus, quando in hac peste, non solum nostro, sed alio cū quoque graui-
morum hominum testimonio, sine illa febre plerique interierunt: cui forte maior
est adhibenda fides, cum illud tum illastrum medicorum testimonii, tum ratione
plane consentiat.

Porro autem, antequam hinc parti finem facimus, illud unum reliquum esse
videtur, vt de contagio differamus. Quamquam enim posterius, quo loco de cau-
sis pestilentia agendum est, huiusmodi tractatio alicui videri potest opportu-
nior, quod tamē plerique ad constituendam pestilentia formam, & essentiam, il-
lud necessario concurrent arbitrantur, in præsentia de illo agere nobis licet. Cum

2. & 3. de
dieb. decret.

De canis.
morb. c. 2. z.
de diff. febr.

Intr. primi
metaph.

B. 3. vero

vero multa sint, quæ hac de re quæri, ac disputari solent, nobis in animo est, illa tantum breuitate persequi, quæ ad institutum nostrum pertinet, & limites medicos non transcendunt. Contagium itaque est vitium quoddam, seu labem, seu morbum, siue affectum, siue alterius nuncupare velis, quod ex alterius contactu contrahitur, unde & nomen suscepisse videtur. Sic quicunque ophthalmita, scabie, elephantia, phthisi laborant, alios & penumero lecum versatos eisdem malis infestare, & in eandem calamitatem trahere consueverunt. Qualis autem sit huiusmodi communicata infectio, siue alteratio, & quæratione contingat, illud nos tam reconditum, ac difficile esse existimamus, ut nihil certo sciri, nihil plane cognosci, aut percipi posse videatur. Summae totius rei illa est, ex corporibus, rebus, locis male affectis elevari tenuissimas quasdam particulas putridas, & malignas, seu vaporē seu flatum, seu spiritū, seu expirationem, siue alio quoque modo nominare velimus, unde mirandum certe in modum sana corpora, candem infectionem suscipiant. Quamobrem vero contagium aliud quidem externas duntaxat partes occupet, aliud ad internas penetreret, hoc levius sit, & absque villo discrimine, illud periculosum admodum, & mortiferum, hoc non aliunde, quam ex qualitate, modo & gradu putredinis evenire nos existimamus: de qua se posterius copiose tractabitur.

At vero quicunque contagij differentias causas, & alia cupit intelligere, quæ subtiles de huiusmodi argumento affecti solent, is inter ceteros Hieronymum adeat, virum illustri ingenio, & eruditiorum, qui in particulari commentario, acute arguteque hanc rem ita tractauit, ut ceteri omnes illius doctrinam libenter suscipiant: quandoquidem nos pudet, quod plerique hoc tempore facere solent, iis transcriptis, quæ præclare ab aliis tradita sunt, chartas implere, ac temporis iacturam facere. Cum hæc igitur ita se habeant, queritur an præter conditions ab Hippocrate, & Galeno potius, ut morbi sint vulgares, & permicioſi, ad constitutendum pestilentiae formam, illud etiam necessario concurrere debet, ut illi sint contagiosi. Atque sane si memoria repetamus quæ superius ex Hippocrate in primis, & Galeno à nobis iam constituta sunt, si nolimus ab eorum decretis turpiter desciscere, facile fatebitur ad formandam idem pestilentia non quam illos, & nusquam contagij meminisse: quandoquidem illud certe vel in uniuersum præteriorū, vel adeo ieiune, & obſcure tractarunt, ut plorique existimarent, antiquiores nullam contagij, quod ad pestem attinerint, intelligentiam habuisse.

*v. dedif. febr.
ca. 5.*

*Problem. 4.
fch. 7.*

— Ego autem hoc neque verum, neque verisimile esse arbitror, namque ut à Galeno nostro incipiamus, nonne ille manifesto scriptum reliquit, peticuloso esse versari cum iis, qui pestis laborant, atque in uniuersum enim omnibus, qui putridū exhalant, adeo ut domus, in quibus decubunt, grauitate oleant? Nonne Aristoteles, Galeno, antiquior morbos pestilentes in totū contagiosos esse, & appropinquatione malum contrahi docet? Omnes celerrime (ille ait) iis morbis arripiuntur, qui spiritu corrupto proueniunt, quale est omne pestilens genus, qui autem appropinquatur, tales profecto spiritum trahit, qualē ager ille reddiderit: et grotat igitur, quia mortiferū est, & spiritu trahitur: ab uno autem morbi excipit, quando unus ille sic spirat: ceteri secus. Nonne Thucydides quoque celebre illam sui temporis pestilentiam persecutus illius contagij pestilentis ita meminit, ut priuatum scriptū reliquerit, quam plurimos medicos cum primū agros adibant, protinus extinxerit suis? Sed in re aliquo manifesta pluribus non est agendum, cum nemo sit in antiquorum scriptis vel mediocriter versatus, qui non idem possit ex plerisque locis intelligere.

Quod

Quod si quis aliorum testimonij fidem ahibere nolit, is fidem adhibeat experientia, quæ virtutam magno cum nostro malo non confirmaret, quam plurimos commercio corum, qui peste laborant, se penumero facile contaminari. An pestilentias nostrorum temporum ab antiquioribus diuersas esse credimus? An magis grauissimos, & solertissimos homines tam stupidos, & bardoſus existimamus, ut rem illi non animaduertierint, vel alii demonstribus, vel sensu ipso vnicuique patentem, & manifestissimum? Id quidem tam abest ab omni tum veritate, tum verisimilitudine, quam quod maxime.

At vero cum ita se res habeat, si causam intelligere desideras, quamobrem Hippocrates nihil proflus, Galenus cerre pauca de pestilenti contagio posteris tradidit, illam ex Galeno cognoscere tibi licet, quem statuerint differentiam inter scripta Hippocratis, & Thucydidis, te audire non pigeat. Existimant veteres (ille inquit) omnia quæ ægris contingant Hippocratem conscribere, veluti Thucydidem: verum res non ita habet; sed hoc ipsum est, in quo vel maxime contraria sunt Hippocratis, & Thucydidis scripta. Thucydides enim omnia scribit etiam idiotis nota, nihil ipsum penitus prætermittens; Hippocrates vero paucæ ex ijs, quæ ad ipsam affectionem pertinent, circa quam ægrorū est periclitatus; multa vero alia ab idiotis quidem neglecta, artificio sum vero & exactam cognitionem exhibentia, & quæ etiam optimos medicos sape latere possunt. Ille velox in interpretando, & nihil, quod non magnopere iuuet, scribendum fibi ducens videbitur tibi rufus propriamente dimouerit, quando etiam, quæ penitus non facta sunt ægro scribit, hoc ipsum insuper indicans, quod non sunt facta: hic vero etiam ex factis plurimæ relinquens, minime videbitur in non factis tempus terendo delirare. Verum si meditatus fuerit ob eandem causam tum illi relinqui, tum hæc scribi, runc sane opinor te ipsum esse admiraturum, neque enim vulgaria, neque que quilibet medicus assequi queat, hic scripit. Demonstratum est autem de iis nobis, tum alias tum in iis libris, qui sunt de Hippocratis dissectione scripti, nec minus etiam in iis, quæ sunt de Thucydidis peste, & postremo. Quod Hippocrates nihil ex tam manifestis scribat, sape demonstratum est: Thucydides quidem, quæ circa agros contingunt veluti idota idiotis conscripsit; Hippocrates vero ut artifices artificibus. Hactenus Galenus. Itaque sum ego in ea sententia, particularem tractationem de contagio pestilenti ab Hippocrate, & Galeno prætermissem fuisse, tanquam rem, quæ manifesto, & necessario pesti accedat, & quæ in summa nullum in se artificium complectatur; ut propterea viri minimi idiotæ, sed artifices nobilissimi illius quidem meminerint, & aliqua semina iecerint, quantum vñiq[ue]que satis esse potest, copiosius autem, & priuatione de ille agere minime dignati fuerint.

Au in phthisi, & elephantiasi contagium omnibus plane manifestum illos ignorasse credimus: sed tamen illius quoque vix eos meminisse legimus; quemadmodum certe alia & penumero pleraque huiusmodi tanquam manifesta, & divinorum hominum grauitate indigna silentio præteriorē illi consueverunt. Modo colligentes in unum, quæcunque hactenus à nobis posita sunt, & ad pestis essentiam pertinent. Hippocratis & Galeni disciplina adhaerentes hunc in modum statuimus; pestilentiam nullo particularum morbo concludi, nullam determinante corporis partem aggredi, sed in uniuersum quoslibet morbos, & singulas corporis partes illam amplecti, si modo morbi sint vulgares, & maiorem hominum partem interficiant: quibus demum accedit, ut à contagio non sint alieni. Quam quidem

B 4 pesti

*2. de dif. ref.
ca. 7.*

pestilentia definitionem, vel magis lineamentum, & descriptionem, postquam per duas causas, & à priori, ut idquuntur philosophi, componere nobis non licuit, ex eventibus, & à posteriori formare studiuimus.

Cæterum post hæc pro instituti nostri ratione, illud reliquum esset, vt de pestilentia differentiis tractaremus: sed cum ille sint non solum multæ, sed propemodum infinitæ, vt infiniti fere sunt morbi, & symptomata, quæ ad eam referuntur, illas duntaxat differentias, quæ sumuntur à causis, per seque nos statutum est: quæ quidem tum ad cognoscendos, tum ad precauendos, curandosque huiusmodi morbos necessaria omnino esse videntur. Itaque tractaturi de causis pestilentia, illam in primis præterire non debemus, quam ut communissimam, ita verisimiliam Deum Opt. Max. agnoscere, & confiteri æquum est, quam quidem vel barbari, & ab omni vera religione alieni, atque inter hos Galenus negare non audent: etenim sacra nos literæ manifeste docent; propter sceleræ, & flagitia hominum, illum quandoque sion modo pestem, sed famem, bellum & alia mala

Ezech. ca. 5. permittere. Ecce Hierusalem (inquit Preph.) pro eo quod Sanctum meum violasti in omnibus offenditionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis, ego quo-
2. Reg. 4. &
20. que te constringam, & non parcer oculus meus, nec miserebor: tertia pars tui peste morietur, & fame absumerit in medio tui. Sic alias Davidi optio data est, an famem sepiem annorum, an bellum trium mensum, an pestem trium dierum eligere malleat.

Quod si ita se tes haberet, vt se illam habere dubitandum non est, iam vnuquisque facile potest intelligere, nullam aut precauendæ aut auferendæ pestis ratione tutiorem, certioremente hominibus superesse, quæ si illi paenitentia, precibus, deuotioibus, & vita integratæ, diuinum numen tot, & tantis sceleribus violatum placent studeat. Sed hoc Theologorum est in unus. Nos medici, quorum certe non interest, pestis causam altius ita repetere, illa persequantur, quæ vel sensu percipi, vel mente comprehendendi, vel ex sensu percipiri, aut mente comprehensis intelligi, & demonstrari possunt.

Cum itaque pestilentia cause multæ a multis afferantur, in eo fere omnes conuenire videntur, vt illius causa propinquior, & quam (si huiusmodi nomina non abhorres) immediatam, & coniunctam appelles licet, sit vna putredo, atque illa quidem insignis, excellens, & quæ cæteras omnes putredines longe superet. In qua

3. Epid. 3. 23. sententia tum alias, tum maxime Galenū fuisse, legimus. Plurisque horum (ait Hippocrates) in constitutione illa vere pestilenti, in qua suppurationes, abcessus contingunt, atque carnis multum, & ossium, nervorumque decidebat. Malignitas / in-
6. Epid. 29.

quit Galenus) abundantis humoris ex magnitudine constituit putredinis. Et alias, febris pestilenti calore ab aliis febribus puridis non aliter, quam per excellentiam putredinis differre manifesto docet; id quod sapientiæ alias confirmat, tū vero in primis Commètaria illo tertio Epidem. Nam eorum omnium, quæ in pestilenti illa constitutione euenerunt summam, & omnium malorum fontem putredinem fuisse scribit. Sed hoc ipsum & ratio facile persuaderet: ceterum sicuti de minore putredine generantur morbi plane benigni, ac mites, qui vel à sola natura facile superantur, de maiori autem difficultiores, qui indigent opera, & auxilii medicorum; ita rationi maxime consentaneum est, de maiori adhuc, & summa putredine ortum ducere morbos omnium difficultimos, qui vix à natura, aut ab arte superati possunt. Sed & rationem tum precauendi, tum curandi homines à pe-

stilen-

stilentia hoc ipsum demonstrare certum est. Namque Galenus, quem præ cæteris hic, & vbique libenter sequimur, in pestilentia corpora ita præparabat, (qua de re posterius tractabitur) ut humida exsicaret, siccæ in eodem statu conserueret, excrementa purgaret, obstrunctiones aperiret, & in vniuersum vnicam atque illam excellentem putredinem oppugnaret.

Amplius si pestilentia ortum consideres, sive illa ex aere, sive ex vicitu ratione sive aliter originem habeat, (quam difficultatem mox aggrediat) aeris constitutionem calidam, & humidam, vicitum mali succi, & ad summam omnia principem hac in re locum obtinere certum est, quæ cuncte putredinem generare, aut quovis tandem modo fouere possunt. Consulto illud in præsentia non ago, ut refellam opinionem illorum, qui omnes simul humores, atque illos quidem contentos in corde, vel magis cordis substantiam in pestilentia putescere contendunt, partim quod alias particulari tractatione de febre pestilenti hoc à me factum sit, partim quod superiori etiâ disputatione illisatis sint refutati. Statim igitur arduam, & diu agitatam illam disputationem aggrediō, vndenam huiusmodi putredo, quam pestilentia causam immediatam statuimus, originem ducat; an ex vno aere, vel manifestis qualitatibus alterato, vel tota substantia contaminato; an ex vicitu ratione, & aliis, quæ sunt hominibus communian magis latente prorsus, & inexplicabili ratione: etenim quæ humanorū ingeniorum est imbecillitas, veritas quæ vna semper est, variis sapientiæ sententiis agitari, & perturbari solet. In primis occurunt astrologi, qui sicuti rerum ferme omnium, ita pestilentia causam (sum ne-
Lib. de diebus decreto possumus. 3.

scius an viato aere, an alia ratione id fieri velint) in aspectus, positiones, & coniunctiones celestium corporum referre solent.

In quam sententiam nonnulli Galenū quoque trahere conantur, qui huiusmodi malos, & bonos influxus, quos vocant, ita aliquando receperisse videtur, vt qui illis fidem minus adhibere velint, hos pertinaces homines, & sophistas appellare non vereatur. Contra horum opinionem si quis pugnare voluerit, vt is à proposita tractatione longissime digrediatur necesse est. Cœlum ego, stellasque omnes à Deo Opt. Max. procreatas fuisse arbitror, vt sua motione, & lumine hominem, & omnia inferiora inueni, atque admirabilem hanc vniuersi Remp. conferuent: in qua sententia non solum Aristotelem, Averroem, & omnes Peripateticos, sed Galenū quoque fuisse non dubito. Qui præterea corporibus cœlestibus qualitatem vllam, seu proprietatem vel iuuandi, vel nocendi attribuant, & certis nescio quibus positis suis principiis singula prædicere sibi arrogant, hos à vera philosophia longe aberrare, nos credimus. Quæ de re tum aliorum, tum maxime Illustrissimi Pici diuina extant commentaria, que adeo diffuse, & grauitate huiusmodi argumentum tractant, vt nihil præterea desiderari possit. Quod enim ad Galendum pertinet, quanquam aliqua ex parte ille ab iis superstitionibus aliquando videatur alienius non fuisse, si tamen singula, que hac de re ab illo scripta sunt, accurate, & diligenter considerare velis, pauca admodum colligere tibi licet, que illorum infamia fauere possint.

Sed aliud nos agimus in præsentia. Astrologis proxime accedunt alij, qui pestilentiam in vniuersum, sive ex cœlo, & stellis, sive aliter accidat, à veneno quodam inquinamento acri insperso fieri, atque occulta prorsus, abditam, & inexplicabiliter causam habere docent. Horum facile principem Fernelium fuisse constat. Sed neque huiusmodi sententia hic longius est refellenda, partim quod à doctis

3. de diebus decr. cap. 2.

B 5 qui

can. 85. nr.
med. & al.
sep.

Lib. Epid. 1.
de dif. febr.
& al. sep.

Lib. post. 1.

Hip. com. 1.
de nat. hum.
3. Galen.

Dosser. bon.
& vit. 1. de
dif. feb. & al.
sep. init. pri-
ni Epid.

quibusdam viris illa iamdiu refutata fuerit, partim quod nos quoque posterius opportunity loco illam refutare statuimus. Tertio loco succedunt, qui pestilentiam vinis actis causa perpetuo fieri docent, ita quidem, ut non modo qualitatibus magnis, simplicibus, aut compostis, sed etiam tota substantia illae necessario alteretur: qua vtraque ratione illum immutari posse traditum est à Galeno. Consulto hic præterea vulgarum illud problema: an corrumpi aer, & putrefacere queat, cū illud sensu, atque ipsa rerum experientia dissoluti facile possit: tenet enim huiusmodi putredini aerem quatenus corpus quoddam mixtum, minime tanquam simplex elementum obnoxium esse, nali non constare arbitrio, qui memoria repetat putredinem, vt loquantur philosophi, esse mixti passionē, adeoque nulli simplici elemēto putredinem proprie tribuendam esse. Huius sententia autem Galenū in primis suis se afferant, qui plerisque in locis pestis efficiēt causam principem vinis uitati acris inspirationem statuisse videtur: atque id præterea contendunt ratione confirmare: cum enim omnium consensione pestis sit morbus vulgaris, atque adeo communis, vt à causa communī originem habeat, necesse est.

Quamobrem cum aere nullam communiorē causam ne animo quidem concipere licet, non iniuria omnem pestilentiam ex uno aere perpetuo fieri existimat: vt hunc in modum argumentari possit: Pestis est igitur ex aere; quemadmo-

dum in rebus omnibus vsu venire docet Aristoteles, qua à causa determinata, & vnicā prouenire solent.

Cæterum neque hanc ego sententiam probare satis possum: immo vero satis equidem mirari nequeo, quamobrem plerique viri doctissimi: & qui Galeni dogmata libenti animo profiterunt, illam tanquam Galeni suscipiant, & mordicus defendere velint: cum huiusmodi opinio tantum ab sit mente Galeni, vt ille ex proprio eam refutare non vereatur. Et ne longius faciam, Hippocratem primum, tunc Galenū hac de re longuentes audianus.

Cum per idem tempus multi homines ab uno raorbo capiuntur, huic causam acceptam ferre oportet quod communissimum sit, coque maxime vtanur omnes: hoc vero est quod respiramus.

Probe sane dixit, quod id quidem, quod multis morbis est commune, causam communem habet: atque generatio communium morborum haud recte in vñura aere ab ipso refertur: siquidem in Aeno tempore famis leguminibus vescentes inualidi cruribus euadebant; verum eruo vescentes genuum doloribus yexabantur. Scimus autem quod quidam in fame edere coacti triticum semiputre, à communī causa morbo communī laborabant: & quod olim exercitus vñuerfus, cum aqua viata fuisse vñus, in omnibus militibus pariter malum sensit. Quia certe determinatione nihil elatius afferri posse existimo, vt superuacaneum putem, alios quodam aliqui notabiles locos in præsentia afferre, in quibus vnguenti fame quamplurimos cibis prauis vesci coactos putridis ac pestilentibus morbis correptos fuisse traditū.

Si quis autem querat, quamobrem Hippocrates viuis aeris meminerit, huic responderet Galenus, illud propterea factum esse, quod ita ille causam morborum pestilentium frequentissimam explicare voluerit, cum procul dubio frequentius sit, vt morbi pestilentiae, siue epidemij proueniant ab aere, quam à vñstu, aut occupationibus, aut laboribus communibus. Quod enim ad Galenū ipsum pertinet, sum ego nescius, an ille definite vñquam, atque in vñuersum vñum aerē morborū pesti-

1. de dif. feb.
ca. 7.

pestilentium causam esse velit: quandoquidem si singulos locos, & singula verba, vbi hac de re agitur, nos accurate animaduertant, illū fere semper indefinite loqui comprehendemus, vt omnino rationi conuenit; namque alioqui vir grauissimus à semiperfido diffundit. In pestilentibus constitutionibus (ille ait) inspiratio potissimum causa est. Et rursus magna ex parte incipit ex actis ambientis respiratione, à pura exhalatione contaminati. Quia loquendi forma sāpius illē vitetur.

Duas igitur morborum communia: atque adeo pestilentium causas cōmunes nos cum Galeno statuimus; alterā, atque illam quidem præcipuum, & qua majori ex parte huiusmodi mala afferat, aerem; reliquam viqu rationem, & quæcunque hominibus communia esse possunt. Porro hæc omnia in tria capita p̄tclarē Galenū aliquando renalisſe legimus: viua ea quæ offeruntur; alterū opera, quæ obimus: tertium ea, quæ extrinsecus occurunt: led ita quidē vt ambiens nos aer principem hac in re locum facile obtineat. Non enim (addit Galenus) frequenter accedit, vt per ingestos cibos morbus communis ciuitatem, vel nationem, vel exercitum percutiat. Sicuti neque per communes tum occupations, tum labores. At continēs nos aer si immoderatus calefacit, vel frigescat, vel humefacit, vel siccescat, corporum symmetria, quæ sanitas est, confundit, interturbat, ac corripit. Alijs vero causis neque omnibus simul occurrimus, neque integrum diem subiiciimus, sed extrinsecus aer solus omnes ambit, & inspiratur.

Cæterum prætermis in præsenti studiis, & vñstis ratione, quæ ratiōnēs, & cognitū omnino faciliores sunt cause efficiēt pestilentie; quod ad aeren pertinet, illud adhuc inquirendū restat, an ille omnibus qualitatibus, vel aliquibus dunataxat alteratus, an tota substantia corruptus, an præterea latente quadam, & abdita causa, (quam rem superioris quoque indicauimus) pestilentēs inorbiis effice-re soleat. Primum enim si rem ipsam consideremus, quacunque qualitate, seu simplici, seu composta, & quoque tandem modo aer reddatur intemperatus, vt morbi sicut communēs, & pestilentēs necessarium videtur: quandoquidem sicuti aliis in rebus in vñuersum vñtata tempeste operationes lœduntur, & sepe abolen-tur, ita si aer à sua naturali, & solita constitutione declinet, quam hominibus bene-facere, atque illos conferuate certum est, omnis ratio colligit, vt ille contra multorum malorum sit author.

Sic medici, atque in primis Hippocrates, variis plane aeris, atque anni consti-tutiones describere solent, quarum varias, multiplicetque alterationes, & im-mutatas qualitates varia certe mala afferre illi docent. Atque vt proprius acceda-mus, quemadmodum non desunt, qui in vñuersum scriptum reliquerint, ob ex-cessum caloris, frigoris, humoris, & siccitatis pestilentias referunt, quæ ex nimia non solum caliditate, & humiditate, sed etiam frigiditate, & siccitate, originem duxerint.

Contra vero si memoria repetamus, quæ superioris à nobis constituta sunt, quo loco omnis pestilentia, quacunque tandem ex causa illa oriatur, causam imme-diataam, & coniunctam vnam excellentem putredinem esse diximus; cum hanc non aliunde, quam ex nimia humiditate, tanquam subiecta materia, & extra-nea caliditate, tanquam efficiente causa fieri conset, non iniuria pestilentiam non aliter, quam ex humida, & calida acris constitutione fieri censemur est: siquidem tantum abest, vt frigiditas, vel siccitas pestilentiam vñquam efficere possint, vt magis vtraque, vel altera huiusmodi qualitas illā repellere, auertere, & fugare so-leat,

Init. princi-pi
Epid.

Lib. 3. Aph.
G. alibi.

leat. Quam rem non solum ratione, sed ipso etiam sensu plane manifestam, vnico Galeni loco ex quamplurimis, & infinitis, quos accurata illius lectio vnicuique suppeditur, confirmari nobis licet. Tantum abest (ille ait) ut ver, aut si quid temperatum est, calidum, atque humidum esse concedam, vt quod plane contrarium est, illud affirmem, omnium aeris temperamentorum pessimum id esse, quod humidum, & calidum est. Atque iterum. Ex quatuor anni temporibus si duo, tria ve sint immutata, aut etiam totus annus calidus, humidusque fuerit, necesse est magna pestilentia succedat, qualis fuit tertij Epidem. vbi adiutrix aridum in omnibus velimi, astimisque primum, cuiusmodi sit res calida humidaque tempes: deinde quam necessario ea omnia putrefcant. Demum vero apposita Hippocratis narratione, quam consulto praeermitimus: Nullum denique ex malis, que ille scripsit, inuenias, quod merito sboles putredinis non sit: quippe quod neque à seculo putrefieri quicquam sit aptum, neque à frigido intelliges, si carnes, & reliqua quaecunque condita afferuari ab hominibus solent, obseruabis, hæc quidem sale, hæc muria, hæc acero, hæc alio quopiam ex iis, quæ siccant, commode preparari. Deprehendes & Borea, qui siccus natura, & frigidus ventus est, omnia quam diutissime impuria durate; contra putrefactare facile Austrino flatu: est enī in ventus calidus & humidus.

3. Epid. sec. 3. in prin. Atque profecto si consideremus constitutiones ab Hippocrate positas, alteram tertij, alteram secundi Epidem. quas utrasque pestilentes fuisse testatur Galenus, in eo tantum invicem differentes, quod illa rōto anno, hæc solūm æstare duravit, illas manifesto calidas & humidias fuisse constabit.

Liber. Bel. Peleg. Quod si calida, & humida constitutio generanda putredini est maxime accommodata; quis dubiter, frigidam & siccām, illius generationem arcere & impedire? Ita quidem seu rationis vim, seu philosophorum, & medicorum communem consensum animaduertimus, vt statuendum sit omnem pestilentiam propter aeris alterationem, ex una calida illius, & humida constitutio ortum perpetuo ducere. Quod si alia aeris immutationes plurima mala hominibus afferri solent (quod negandum non est) de quibus tum alibi, tum lib. 3. Aphorism. scripsi: Hippocrates, pestilentiam certe nunquam illa afferre præter constitutionem calidam, & humidam. Quanquam enim virus aliquando calor immoderatus pestis causa fuisse videtur, quod Thucydides in pestilentia sui temporis euenisse narrat, humiditatem præterea atque adeo putredinem necessario illi accessisse, vel idem Thucydides attestatur, qui non simpliciter calorem sed calorem suffocantem, humiditatis, & putredinis patente describit iis verbis: Dormitor peuria viventes in suffocantibus, minimeq; perflatis æstiu tempore rugiis corruptio inuasit, nullo decoro, sed alij superalios mortui iacebant, & in viis, & circa fontes semianimes voluntabantur. Etsi puto non solum qualitatibus aereis tunc peccasse, sed etiam tota substantia corruptum fuisse, cum scribat Galenus forte etiam ex Æthiopia quædam illuc fluxisse putredinis inquinamenta. Pariter quod pestilentia ex nimia tum caliditate, tum siccitate ori possit, vt nomulli arbitrantur, qualem describit Virgiliius, illud ego fieri existimo non per se, quod fieri non potest, sed quatenus talis aeris constitutio famem afferat, quam deinceps putredines sequuntur; quod & poeta innomeret. videtur, inquiens:

Tum steriles exurere Sirius agros.

Atebant herbae, & victum seges ægra negabat.

Sed

Sed in re manifesta longius verba fundere non decet. Ceterum an præter huiusmodi manifestas qualitates, aëris etiam substantiam in pestilentia aliquando alterari contingat, si quis hoc fieri velit, quatenus aëris vapores aliunde malos, & putridos suscipiat, illud nos cum Galeno libenter concedimus, qui quidem non modo aëris substantiam hac ratione infici, & contaminari docet, sed etiam rationem, & locos demonstrat, vnde huiusmodi morbos vapores eleuentur, & ad illum pertueriant, nitrum ex facientibus cadaveribus inhumatis, nec crematis, quemadmodum in præliis fieri solet, aut ex paludibus quibusdam, vel stagnis æstiu tempore, vallibus, & humilibus aliis locis, ex quibz. putrida exhalatio facile evaporauit.

v. De def. feb. c. 7.

Quod si contra alterationem aëris in tota substantia ille interpretatur latenter illam, additam, & inexplicabilem proprietatem, cuius superioris mentionem fecimus, quanquam probe intelligimus plerosque omnes vel nobilissimos medicos illum amplecti, nos tamen huiusmodi disciplinæ adhuc satis non acquiescimus: frustra enim ac temere quais in te causas abditas, remotas, & commentitias inuestigare ille mihi videtur, cui manifestas proximas, ac legitimas ante oculos habere licet, quale proxima nos disputatione facis indicasse existimamus.

Sed aduersiorum argumentationes hac in re audiamus. Pestilentia (illi inquietunt) tam hyeme, quam æstate, tam siccō, quam pluvio, tam temperato, quam inæquali, cœlo grastri solet, cum ramen illum, vt omni in morbo acuto accidit, æstiu immoderato, atque æstate magis affligere deceat.

Sic putridam aëris constitutionem, quanquam late illa, longeque propagatur, & est graueolentia, alisque indicis magna esse deprehenditur, plerunque tamen sine pestilentia euenire animaduertimus. Rursus nulla putrida, nulla intemperata aëris constitutio potest in valde multas regiones vagari: at pestilentia tam late, ac immaniter interdum facit, vt vniuersum pene orbem occuperet. Præterea putrida aëris constitutio ad pestilentiam quidem aliquando confert, & incrementum addit, at non illam excite potest: etenim si vina putredo tanti mali causa foret, ad omnes illa animantes aëque pertineret: neque vīla ratio reddi potest, vnde homines magis, quam boues, aut ij potius, quam oves, aut sues pestilentia corripiantur. Quod si hoc in putredinem referre velis, quæ non vna temper sit, & vniuersitati, verum quæ nunc vni, nunc alteri animalium generi sit perniciosa, vt ad malignam quandam, & abditam huius rei causam adhuc configuras, necesse est: quando nemo satis explicare potest, quis modus, aut quæ ratio sit eius putredinis, quæ vel bobus, vel ouibus, vel hominibus solis sit infensa. Hæc breuiter, & summari ex Fernelio: quæ ab autore mirabili illa facultate, & copia dicendi, quam natura ei largita est, diffusa explicata, & locupletata huiusmodi sententiam ita confirmant, vt etiam plerisque illam persuaserint: ex quibus est meus Mercurialis, qui non solum hanc latentem aëris qualitatem libenter suscipit, sed etiam ad illius confirmationem quædam adhuc doceat & argue afferat.

De abdit. rem. cap. 7.

Cum enim satis constet, non omnes febres pestilentes eandem prorsus putredinem habere, immo vero scepere eueniat, vt vbi minora putredinis argumenta apparent, symptomata grauiora & mortes velociores succedant, omnis ratio colligit, vt præter putredinem altera quedam adsit occulta vis, quam medici plerisque medicamentis, & venenis inesse docent.

De pest. c. 5. cap. 7.

Tum vero si in aëre (ille ait) fit qualitas coelestis, & occulta genitalis, cuius Aristoteles sèpenumero meminit, fatendum est in eo fieri interdum etiam qualitatem

ratem corrupti jecem secretam. Huc accedit quod multæ pestes auxilium percep-
runt ex antidoris arcanis, & secretis, qualia sunt apud Galenum bulus Armena, in-
terdum lotum hominis, interdum theriaca. Quod si contulerunt remedia arcana,
consentaneum est rationi, arcana etiam fuisse illud, quod nocebat. Iis demum
accedit testimonium Galeni qui praus, & morbosos vapores elatos c paludibus,
stagnis, vel aliis cœnosiis locis aerisnoxios esse docet, nequam manifera qualita-
te, sed proprietate substantiae. Pro huiusmodi sententia, ac latente in pestilentia aeris
qualitate, aut omnia, aut certe potissima haec sunt argumenta, qua ab illius pa-
tronis afferri solent. Atque hinc ego factum fuisse existimo, ut plerique præter Ga-
leni disciplinam cum Fernilio morbos constituant in tota substantia: qua de re a-
lias pluribus. Nunc propositam disputationem persequimur.

Priimum autem non solum vehementer mirari, sed etiā obstupescere licet, quam-
obrem Galenus, vt alios prætermittamus, qui occultas sæpen numero proprietates
in venenis, medicamentis, & aliis plerisque rebus libenter amplectitur, & qui a-
liquando pollicitus est se librum conscripturum de iis, qua agunt à tota substantia,
huius tamen abditæ, atque occultæ aeris qualitatis nunquam, & nusquam memi-
nerit: immo vero cum vbique illam prætermittat, tum ex proposito huiusmodi il-
le commentum refutare videtur. Opportune Hippocrates medicos admonet, ut
prudentia operam darent, & particulatum animaduertent, si quid in morbis
diuinum inest.

Hunc locum diffuse interpretatus Galenus, nonnullis priimum interpretibus re-
futatis, qui huiusmodi vocein, (diuinitum) male, & præter Hippocratis mentem sunt
interpretati, demū concludit, haec voce non aliud significari, quam ambientis nos
aeris constitutionem. Et ne quis latenter adhuc illius qualitatem animo concepi-
ret, quasi se ipse magis explicans, nihil aliud apud Hippocratem diuinum esse con-
firmat, præterquam ambientis nos aeris constitutionem, de qua scriptum est in Aphor.
... inter anni tempora si hyems plus iusto siccior, & frigidior fuerit, ver autem
pluviuum, & Austrinum, febres acutas fieri aestate necesse est, & lippitudines, & dif-
ficultates intestinorum, præsertim mulieribus, & viris natura humidis, sicuti plera-
que alia huiusmodi; vt manifestas planæ aeris mutationes, & alterationes afferens
quamlibet abditam qualitatem negligere, & reiicere videatur. Atque hic quidem, si
quis alius, erat locus opportunissimus, vbi Galenum latentis huius qualitatis me-
minisse decebat, si modo illam natura constare existimat. Quod si nugas, poeta-
rumque fabulas appellat, & illos acriter arguit, qui (diuinitum) ad iram Deorum,
vel ad dies criticos referebant, quod vtrunque à veritate, aut saltē verisimilitudine
prosors non videtur alienum, longe equidem magis hanc occultam, & inexplica-
bilem conditionem, tanquam commentitiam, ab omnique veritate, & verisimili-
tudine abhorrentem, illum repudiaturum fuisse existimo.

Pariter si omnes libros Epid. & particulacim constitutiones pestilentes, itemque
omnes locos, vbi hac de re tractatur est, accurate animaduertere velis, facile in-
telliges Hippocratem, & Galenum ab huiusmodi commento semper abstinuisse;
neque certe iniuria. Cum enim ante oculos habeamus, quacunque ratione pro-
fusa manifesta, proxima, & naturali, aerem rurum qualitate simplici, & composita,
cum tota substantia alterare, & corrumpere solent, non est, vt nos magis abditas,
temoras, & imaginarias causas temere investigare velimus: siquidem vulgaris est
philosophorum sententia, inutiliter & frustra plures aliquius rei causas inquiri, vbi

paucio

Com. 3. de
nat. hum.
2. et 4.

2. prop. 4.

3. Ap. 3.

panctores sint satis. Modo aduersariorum argumenta aggredimur. Pestilentiam,
qua ex aeris virtu ottum habeat, quoouis tempore, & quavis aeris constitutione sie-
ri, ac aestate potissimum maius negotium facessere, sicuti acuti omnes morbi facere
consecuerunt, tam est falsum, quam quod falsissimum; satis enim superius monstrau-
imus vnam maxime constitutionem calidam & humidam, quandocumque illa suc-
cedat, pestilentiam efficeri: ita quidem vt nulla ratio præterea reddi possit, quamo-
brem aestate magis, quam aliis temporibus illa imperium faciat: quemadmodum
pariter & plerisque morbos acutos non solum aestate, sed quoouis tempore furentur,
deo certum est, vt longiore confirmatione non egeat.

Nos quidem vnam putredinem pestilentia causam proximam, atque immediatam
esse statuimus: ut non quamlibet putredinem id prætere posse credimus. Quanquā
igitur multis interdum argumentis aeris constitutionem putridam, atque insigni-
ter putridam adesse constat; qua rāmen pestilentia nullam afferat, quid tum: an
statim pestilentia causam occultam afferre decet? Nos contra verius, & magis, ni
falliun, ad Galeni mentem, putridam aeris constitutionem pestilentiam perpetuo
generare existimamus, quoiescundque ad tales illa, & tanquam putredinem perue-
nent, qua tanto malo sit satis. Quod si huiusmodi terminum, & gradum putredinis,
quem forte nemo satis explicare potest, aduersarij occitanum illam aeris qualita-
tem intelligant, iam inter nos conuenit: quandoquidem omnibus in rebus natura
constituta sunt postremae quedam differentiae, atque definiti quidam termini, qui
propriam formam, atque (vt loquantur philosophi) proprium esse vniuersique lar-
giuntur, quos propterea proprietatem temperamenti nonnulli appellant, qui cer-
te à nemine satis intelligi, aut explicari posse videntur: Ad quem certe modū hunc
quoque putredinis gradum efficiendæ pestilentia accommodatum occultum esse,
neque facile indicari posse faciendum est.

Quocunque huiusmodi putrida, aut intemperata aeris constitutio penetraverit,
sive vnam regionem, sive plures, sive vniuersum orbem occupet, ibi pestilentiam
fieri necesse est. Quemadmodum autem sæpen numero evenit, vt virus tantum, aut
alter locus male afficiatur, ita contra si omnium temporum pestilentias memoria
repetamus, sum ego nescius, an vlla vnuquam vniuersum terrarum orbem eodem
tempore peragauerit.

Quod si illud oblitante contendere velis, quid prohiber: quin pernicioſa aeris
qualitas, aut proprio ortu, aut ventis ferentibus, aut alia contagij ratione latissime
dilatetur? Quod de putredine afferunt; quam omnibus animalibus communem ^{1. De diff. feb.}
esse decet, facile, & manifesto dissoluitur à Galeno, qui nullam causam sine eius, ^{6.7. 1. De a-}
quod patitur, aptitudine agere posse docet: quod antea proditum est à philolo-
pho: alioquin (ille ait) omnes sub sole astitio versantes in febres incident, item
omnes, qui paulo vehementiori motu vterentur, inebriarentur, itascerentur,
tristarentur: sic per canis astum omnes aggrorarent, atque in pestilentis more-
rentur. Quod si homines nulla ratione, præterquam propria temperie, aestate, ac vi-
etos ratione inter se differentes, non omnes pestilenti morbo laborant, sed multi
superstites manent, qui mirum potest videri, si carcer animantes tot, tantisque re-
bus inuicem dissidentes ab huiusmodi luc quandoque sint prorsus liberae, & aliæ
necontraque si saluo, & incolumi homine ille quandoque peste afficiantur? Nōne
licet plurima commemorare, qua homini noxia, & venenata, aliis quibusdam ani-
malibus innoxia sunt, & salutaria? Sed Hippocratem audiamus vel autorem libri
^{nima 25.}
de fla

de flatibus, quicunque ille fuerit, hanc rem præclare definientem hac serie.

Sed est fortasse qui dicat, quare non omnibus animantibus, sed aliis corum generi incidunt huiusmodi morbi? Cui ego quidem hunc in modum respondeo. Differt corpus à corpore, natura à natura, nutrimentum à nutrimento; non enim omni animantium generi eadem aut non conferunt, aut commoda sunt: sed sunt alia aliis magis convenientia. Quando igitur aer eiusmodi inquinamentis plenus est, quibus humana natura offenditur, homines ægrotant: quando vero alteri cuiquam animantium generi aer non satis conuenit, tum mors illud genus corripit. Qua sententia nihil ad propositam rationem magis apte, congruereturque dici posse nos credimus. Nec est, ut quis hinc colligat, ad latentes adhuc proprietates confugendum esse, nisi quatenus determinatos illos gradus, & terminos putredinis nemo sat satis assequitur, quos occultos, & inexplicabiles esse nos quoque libenter concedimus. Atque haec tenus ad Fernelium. Iam vero, quod ad mercurialem pertinet, febres omnes pestiferas non eandem certe putredinem habere faciemur, sed tamen illam perpetuo insignem, atque excellentem esse nos arbitramur.

Quod si ægi aliquando grauissimis symptomatis laborant, & celeriter moriuntur, quanquam levia putredinis vestigia apparent, sum ego nescio qualia nam maiora putredinis argumenta præter scuissima huius symptomata, & celerrimum interitus inuestigare velimus; nisi forte cum idiotis extra apparentibus quibusdam indicis fidem adhibere, atque animum aduertere velimus, qua sapientia incerta, & fallacia esse posterius demonstrabimus.

Porro cœlestem illam qualitatem, atque occultam vim genitalem, & beneficam nos cum philosopho libenter suscipimus, quandoquidem cœlum, & omnia superiore à Deo Opt. Max. ob id in primis creata fuisse constat, vt hisce rebus inferioribus, & vni potissimum homini benefaciant, & præstantia munera gratuito infundant.

At vero cum hinc ille colligit, latentem præterea qualitatem maleficam, & corruptricē necessariō statuendam esse, ego quidem huiusmodi argumentationis vim haud satis intelligo. Etenim quemadmodum hæc inferiora, & composita ita natura comparata sunt, vt suo contrario non careant, ita cœlum & cœlestia omnia omnis mixtionis, & corruptionis immunia ab hac lege longe abesse non dubitamus; remet enim quis colligat, Cœlo inest vis mouendi, ergo & quiescendi.

Inimo vero cum illud minime aptum sit ad suscipiendam villam contrariarem; diuersa prorsus ratione argumentari licet, vt vna te posita alteram illi oppositam excludere possit: quia enim cœlum mouetur, ideo quietescere nequit: vnde pariter quia cœlo inest vis quædam genitalis, & benefica, igitur, vt ab omni illud qualitate malefica, & corruptrice destitutum sit, necesse est. Quod præterea addunt, plurisque pestilentiis profuisse arcana quadam præsidia, qualia sunt bolus Armenia, theriaca, & alia huiusmodi, non eo inficias, quanquam non minus manifesta, quam latente vi præclararam isthac operam præstare, nos existinamus. Sed est: vna latente proprietate sint illa salutaria, an præterea quod nocebat, arcanum esse censendum est? Nemo arbitror hunc in modum colligat; Pæonia (ex g.) occulta quædam proprietate iuuat epilepsia correptos, epilepsia ergo abscondita, & latens est. Sic sciamonum latente vi bilis dicit, ergo bilis abdita est & occulta. Sed hoc longius demonstrare, vt facile, ita superuacaneum esse arbitramur. Quod postremo ad Galeni testimonium pertinet, duabus ex causis huiusmodi occultam qualitatem in aerem

ærem induci posse docet Mercurialis, altera ex sideribus, de quibus nos satis diximus: reliqua ex vaporibus prauis, qui elevantur ex aquis, specubus, aut aliis rebus, patrefactis: quos quidem vapores scribit Galenus obesse nequaquam manifesta qualitate, sed proprietate substantiae. At vero si Galen mentem studiose animaduertimus, illud ipsum hoc loco ille docuisse videtur, quod alias sæpe scriptum reliquit, nimisq; ærem vitiosum reddi vel in tota substantia, qua patrefacti, & corrumpatur, vel in sola temperatura, vt absque vlla substantia patrefactione aëri dunataxat in qualitatibus vel simplicibus, vel compositis alteretur. Qua in re cum utraque huiusmodi vitiosi aëris ratio non vnam plane curandorum morborum, qui ab illo oriuntur, ratione postulare videatur, autorem arguit Galenus, quasi imminute, & perperam huiusmodi ille curationem tradiderit. Sed præstat illius seriem afferre, qua ita habet. Scripta curationem imminutam communium morborum; quando sunt vitio ambientis, etenim sapientia nonnullae vaporationes ex paludibus, vel stagnis, vel cœnosis locis, aut ab eiusmodi terra morbos eiusmodi creant; interdum autem temperatura solius tempestatis; cum igitur in evaporationibus corpora laudentur magis ex totius substantia proprietate, quam ex simplici qualitate, probe curationem scriptam spectantem ad duos scopos, scilicet ad mutationem regionis, & ad exiguae inspirationis necessitatem. Verum in iis, qui ob qualitatem male habent, non solum curatio iam factæ ægritudinis per qualitatem contrariam fiet, immo & præcautio, ne omnino obfirmetur: nam si corpus laetionem subeat ab immido calore, per ea qua parunt frigus; fini frigore, per ea qua calorem immitunt, & ad proportionem in aliis qualitatibus simplicibus, & compositis. Hæc tenus Galenus: vt hinc certe latenter nullam, & occultam aëris proprietatem elicere possit: quam quidem, si modo illa vnuquam induci potest, verisimile est; aut magis necessarium à vaporibus inferne elatis nunquam induci. Sed hæc de re fatis.

Præterea demum inter pestilentiae causas prætermittenda non est particularis hominum, & rerum contagio, quam quidem ad aërem ipsum haud inepte referri posse nos existinamus: quanquam enim vere, & proprie aërem efficiendæ pestilentiæ causam in primis esse constat, vt modo diximus, quando ille aut vnis duntat, qualitatibus alteratur, aut tota substantia contaminatur: adhuc tamen, si et minus vere, & proprie, quocunque tandem, & qualecumque fuerit contagium, non illud absque aëris vehiculo alteri communicari posse videatur: quandoquidem à male affecto corpore, vel fomite tenuissimus quidam vapor, aut spiritus eleuatur, necessæ est, quem aërem quodammodo appellari posse putamus; cum & Galenus aliando huiusmodi voces confundat, & nihil referre doceat, spiritum ne, an aërem dicamus. Neque est vt aliquis hunc loquendū modum, tanquam minus proprium, arguere velit: siquidem & Galenus Thucydidis pestilentiam, præter ortam corruptionem in suffocantibus tugariis æstatis tempore, & humores corporum ex prævictis ratione putredini obnoxios, originem forte etiam duxisse scribit, quod propter continuitatem ex Aethiopia putrida quædam contagia, seu inquinamenta fluixerint: quod certe minus proprie dici constat: namque propria, & exquisita contagij ratio in eo consistere videtur (vt supra statutum est) quando aliquid ex determinato corpore eleuatur, quod vel solo contactu, vel aliqua cum distantia alterum occupat, minime vero quando aëris totus redditus vitiosus suæ naturæ: plurisque omnibus malum aliquod afferre solet: alioqui mala nedum pestilenta, sed communia quecumque & vulgaria vt sint contagiosa, fareamur necesse est. Ita-

1. De dif.
Feb. 2.

C que

que alienum prouersus à ratione alicui videri non debet, si nos quoque pestilentiam de contagio oriundam ad ipsum quodammodo aërem referandam esse existimamus: quod illo euidenti arguento potest confirmari, cum corpora quæcumque substantia solidiore, & densiore constant, adeoque nullum aërem excipiunt, qualia inter cetera sunt metalla omnia, nullam contagiosam affectionem contrahere videantur. Atque id eo magis statendum videtur, quod non leues coniectura, & argumenta nobis persuadeant, antiquiores etiam medicos in hac sententia fuisse.

Porto autem instituti nostri ratio postulat, ut post essentiam, & causas pestilentiae de eiusdem signis agamus. Ceterum cum superius à nobis statutum fuerit, pestilentiam nullo distincto, ac determinato morbo contineri, & concludi, nisi ab hac disciplina discedere velimus, vt nullā symptomata, atque indicia sint illis propria, & peculiaria, fatendum est. Vnde subit in mentem, quod à Galeno iamdiu didicimus, partem artis medice, quae agit de signis omnium maxime incertarum, & coniecturalium esse eid quod, si alias vñquam, hoc certe loco verissimum esse nos existimamus, ut non iniuria vñcunque pestilentia primum apparere incipit, tam incertam, obscuram, & anticipitem faciem illa repræsentare videatur, ut homines vix eam cognoscant. Sic apud Thucydidem Athenienses puto, à Peloponnesibus veneno contaminatos fuisse existimabant, sic nostro hoc tempore Venetiis, Patavij, Vicentia, Mantua, & vñcib[us] alii afferentibus pestem adesse, alii negantibus, hac in re plurimæ sunt excitatae dissensiones, ut superius diximus. Nullum igitur verum, certum, ac determinatum indicium non solum inueniri, sed ne animo quidem concipi posse nos existimamus, vnde pestilentia argui, & demonstrari possit: quandoquidem (vt dolorem capitis, delirium, atque infinita huiusmodi vulgaria symptomata prætermitramus, quibus frequenter homines sine pestilentia laborant) nemo est in medicis libris legendis, aut in artis operibus exercendis vel mediocriter versatus, qui non facile intelligat parotidas, bubones, anthraces, & alia huius generis, quæ pestilentiam maiori ex parte comitari solent, & quæ indicia pathognomonica à plerisque censemur, sine illa tamen pestilentia suspicione sc̄ penumero fieri, atque simpliciter medicorum manibus tractari: ut hoc loco non solum refellendi, sed etiam ridendi sint, qui signis quibusdam propriis, & determinatis pestilentiam definire, & demonstrare conantur.

Qua quidem ratione illos pariter arguere licet, qui nullam pestilentiam agnoscunt, ac neminem huiusmodi morbo interisse afferuerant, qui non bubonem, vel anthracem, vel exanthemata, vel aliud apparends cutis vitium manifesto præfererat. Quemadmodum enim nulla extant indicia, quæ pestilentiam certo indicare possint, ita contra quanquam corpus ab omnia apparente macula est prouersus alienum, illud à peste liberum esse temere afferendum non est, siquidem ratione maxime consentaneum est, illa eadem mala, quæ extra homini accidere solent, internas aliquando partes etiam occupare, ita quidem ut venenum alte lateat, neque extra aliud quod illius vestigium appareat: id quod Galenus quoque scriptum reliquit. In partibus (ille air) non conspicuis in corporis profundo similes iis, qui in cœte considunt, affectus digni ratione non caret: etenim si bilis flava in partem quampiam decubuerit, erysipelas fiet, si nigra, carbunculus, & cancer. Néque certe intima corporis adamantis constitutionem obtinent, sed ea quoque iisdem affectibus obnoxia sunt, & alias. Febres plurimæ vigueret, in quibus nulli essent cotanei affectus, quas sequebantur alii excrementa grauolentia, &c. Quæ profecto mala interius latenter

De vita bi-
le, c. 5.

Di succ.
bon. & vit.
princip.

latentia, aliis forte pernicioſiora non immerito censenda sunt, quod tum natura valde imbecilla esse, neque venenosos humores expellere posse videatur.

Cæterum principem hac in te locum obtinere nos arbitramur tum præsentis temporis constitutionem, tuū agrotantis historiam: quemadmodum enim (quod præclare in viuērum traditum est ab Hippocrate) medicum in primis decet morborum populariter graſantium impetum perpetuo considerare, ac temporis constitutionem attendere, ita huiusmodi animaduersionem, si vñquam alias, ad huiusmodi iudiciū ferendū accommodatissimam esse nos arbitramur. Etenim si constitutio fuerit pestilens, in qua plurimi laborent, & moriantur, finge aliquem labrantem, cui grauissima statim adsint symptomata, & qui præterea cum aliis labrantibus veritus fuerit, hunc haud leui conjectura peste male affectum esse putandum est, quanquam nullum exterius notable symptomata appareat. Quod si amplius illi accedat vel bubo, vel anthrax, vel aliud eiusmodi, quod paſſim graſari soleat, iam coniecturam illud maxime auger, & mali certam quodammodo fidem facere potest; quod alio tempore non liceret. Quod enim ad celerem interitum pertinet, quem plerique omnium maxime animaduertunt; neque ille magis alii argumentis fidem facit; siquidem præter pestilentiam plurimi sunt morbi acuti, qui breuissimo tempore homines interficiunt: & in ipsa pestilenta plurimos non ante septimum, nonum, & plures dies interisse certum est: quod particulatim Thucydides annotauit. Quod si quis his non acquiescat & longiorē symptomatum, arque indiciorum enumerationem desiderat, quæ tum futuram pestilentiam prænuntient, tum præsentem arguant: quod quidem ad signa prognostica pertinet, quotquot quavis tandem ratione putredinis sobolem prælagre solita sunt, ista hæc omnia futuram pestilentiam portendere creditum est.

Vnde præter solitam naturam, & conditionem mutationes temporum, præfertim calidores, & humidiores, pluviarum assiduitas, maxime in fine veris, aut aestate, absque ventorum flatibus, qualem fere constitutionem in Cranone ciuitate ab Hippocrate descriptam legimus, reptiliū omnī generis, murium, erucarum, & aliorum vermium præter motem multitudo, crebra in aere phænomena, exanthesma non solum in pueris, sed etiam in adultis frequentia, abortus facilis, amonē caritas, & alia huiusmodi propemodum infinita, quæ homines, aut naturali, aut sape etiam superfluis obseruatione commenti sunt, futuram pestilentiam significare creduntur: quorum quidem indiciorum vim, atque efficacitatem, ynicuque suo arbitratu examinare licet. Quod vero ad illa attinet, quæ præsentem pestilentiam demonstrant, non alia haec afferenda sunt præter eas, quæ propriam illius formam, & peculiarē characterem constituant. Etenim quæviscunq[ue] morbi paſſim graſantur, & plurimos interficiunt, nihil præterea ad stabiliendam pestilentiam desiderari posse videtur. Quod si demum signa quædam peculiaria quis intelligere cupit, quæ Socratem pestilentia laborantem pro certo demonstrare possint, si sciat præter ea, quæ superius posita sunt, pauca admodum, aut forte nulla esse indicia, quæ hoc ipsum vere attestari possint. Id quod vñquisque facile confitebitur, qui memoria repeat, quod nos satis iam demonstravimus, pestem nullo determinato morbo circumscribi, sed omnes affectus præter naturam, quicquid, animo concipi possunt, latissime complecti. Illud tamen hoc loco, minime est prætermittendum, in peste (vt inquit Aëtius) omnia horrendissima fieri, ita quidem ut quæ alias leuiora, & benigniora esse confuerint, hoc tempore sine grauissima, & ma-

C. 2 lignissi

lignissima : quod omnino ratio persuader , & Galen. quoque animaduertit.

Hippoc. 3. Sacri ignes multi , qui maligni cum-elfent , multos interfecerunt.

Epid. 3.9. Sacrum ignem (ai Gal.) didicisti à biloia fluxione oriri, aut non illa semper tamen ptaua, & putri. Plane contra vbi mitis sit fluxio bilem pallidam obtinens quæ in nobis naturaliter gignitur, solet quidem sacrū ignem facere, nullū tamen ex eo dare dannum, si modo recte tractes. At non erat in præsentia talis, qui sacrū ignem efficiebat, humor, sed malignus, qui eroderet, putrefaceretque, &c. Sic paulo post.

Hippoc. 22. Ora aphthis viatiata pindenda tuberculis, lippitudines, carbunculi.

Galen. Sitiguli hi affectus fere non sunt cacoethes, vt sacro igne diximus modo, nunquam vero eriam sunt cacoethes, vt nunc, quod putridus esset qui abundabat humor. Non est igitur, vt in præsentia longiore morborum, & lymphomatum catalogum facianus, quæ in pestilentia euencire, & grislari solent ; quandoquidem si memoria repetamus pestilentias ab Hipp. Thucydide , Gal. & posteriori tempore ab aliis descripitas, illa vsque adeo varia, & multiplicia esse constabit, vt nulla fere sit pars corporis, quæ huius veneni malitiam, atque impetum aliquando non experietur. Qtorum omnium malorum varietatem, discrimen, ortum, & causas ex iis, quæ superius à nobis posita sunt, vnuquisque facile consequi potest, vt hac in re nos minime longiores esse oporteat.

De peste hactenus in vniuersum. Modo ad principalem controversiam regredientur, quales nimis hoc tristissimo tempore fuerint morbi, qui in plerasque ciuitates impetum fecerint, de quibus initio tractationis diximus à plerisque omnibus dubitatum esse, at pestilentia nomine signari debeant. Et profecto si memoria repeatamus, quæ superius à nobis posita sunt, itemque animaduertamus funestam historiam corum, quæ apud nos euensis vidimus, iam nullus, vt mihi videtur, dubitationis locus superesse potest, quin haec fuerit vera, & legitima pesta. Morbi plane fuerunt vulgares, vt non modo vnum, aut alterum locum, sed quam plurimos vno, & eodem tempore occupauerint illos præterea fuisse mortiferos, & maiorem hominum partem perdidisse, ipsa res magno Reipubl. damno ita confirmavit, vt huiusmodi calamitosæ clades fecunda vestigia diutius adhuc duratura esse videantur. Quod nullis dentim' contagium addere velis, quod ad constituantem integrum pestilentia formam nonnulli necessarium esse arbitrantur, illud quoque non defuisse tam certum ; quam quod certissimum ; vt plura huius rei testimonia, aut exempla huc temere nosti sint afferenda. At vero contra nos defunt vel nobilissimi, & doctissimi viri, qui altero sentientes, huiusmodi morbos minime pestilentes fuissent, nequi vero pestilentia nomine signando esse contendunt : quorum tamen diversa est disputationis ratio. Plerique enim pro certo habentes omnem pestilentiam de vno aere ortu, inducere, illam hoc tempore fuisse negat, quod nulla in aere fuerit notabilis alteratio, vel corruptio, quæ tantum malorum gignere potuerit.

Aduersus horum sententiam nos fatis superius disputauimus, quos certe perpetam, & contra Galeni disciplinam sentire nos existimamus, qui ex qualibet communis causa morbos communes fieri summa cum ratione docet. Alij autem magis apposse nullam pestilentiam affuisse assuerant, non ob id quidem, quod acutis omnibus virtutis fuerit alienus, quod illi haud grauante concedunt, sed propterea quia vere si morbi eas conditiones non haberent, quæ ad constituantem pestilentiae formam necessaria esse videntur : quorum sane argumenta intelligere æquum est. Inter omnes, opifex etiæ pestilentis morbos esse vulgares & plerosq; homines

mines cuiusvis sexus, ætatis, fortunæ, indifferenter aggredi ; pariter eisdem esse perniciosos, & maiorem ægotantium partem interficere : quæ duæ conditiones (vt sapius iam diximus) si Gal, credimus, veram, & legitimam pestilentiam determinate videntur : ita quidem si altera, vel longe magis, si utraque desit, vt certum sit omnem pestilentia suspicionem vanam, ac temerariam esse. Atqui si qualitem, & numerum, tum ægotantium, tum mortuorum consideremus, singulaque accurate, & particulatum animaduertamus, quæ hac de causa, hoc tempore euenerunt, neutram ex iis conditionibus affuisse, vt fateamur, necessarium videtur. Etenim (vt à nostra non discedamus) cum mea Vicentia feliciori tempore alere solita fuerit hominum circiter triginta millia, certo certius est, nedum maiorem, sed ne minimam quidem illorum partem laborasse, aut interierisse, quod ex iis, quæ primum à nobis proposita sunt, facile vnuquisque ad calculum reducere potest. Præterea vero cum tempore pestis morbus nulli ætati, sexui, nullis studiis, atque ad summum nulli hominum conditioni parcat, euentus, & res ipsa satis superque confirmauit in vniuersum fere omnes, qui in aliqua dignitate, ac fortuna essent constituti huiusmodi calamitatis fuisse immunes : ita quidem vt reuera non alij, quam sordidi quidam homunculi, atque ex infima plebecula hanc mortiferam cladem perpepsi fuerint.

Vt illud interea prætermittamus, quod alioqui magni interest, forte eriam ex iis pleroque obiisse magis alia de causa, quam vi morbi : cum enim ad legitimam vniuersalium morbi curationem non solum medicum adesse oporteat opportuna faciente, sed & ægros, & affidentes, & exteriora, vix explicare licet in summa rerum confusione, quantum ab officio defecerint medici, agri, affidentes, & denum quam exteriora ad præsentem opportunitatem male fuerint accomodata.

Cum igitur morbi hoc tempore non fuerint vulgares, neque ita perniciosi, vt maiorem hominum partem, vel certe multos necauerint, (vtroque enim modo hanc perniciem determinat Gal.) addo, & plurima vndique errata, eaque grauissima commissa fuerint, quæ morbos alioqui salutares mortiferos reddere solent, illos doctissimi viri minime pestilentes fuisse assuerant, sed eos duntaxat malignos esse contendunt, qui nequaquam ex aere, vel contagio, sed ex vna in primis depitavata, & virtuosa vieti ratione ortum duxerint ; quæ quidem quantum ad huiusmodi morbos gignendos conferat, iamdiu traditum est à Gal. atque notius est, quam vt longiori confirmatione indigeat. Porro autem quanquam nos haec vera esse non insiciamus, verumtamen de priore sententia adhuc dimoueri non possumus. Et primù quidem illud non importune afferre licet, vt in rebus propemodum omnibus accidit, ita in pestilentia varius gradus non iniuria constitudos esse, adeo vñilla sit grauor, & maiori cum periculo, haec leuior, & minori cum discriminine ; qualis ea fuit, cuius aliquando Livius mentionem facit, in qua plures ille superfites fuissent, Lib. 4. D^r
quam interierisse commemorat. Vnde haud omnino præter rem dicat quipiam, hanc cap. 1. Q²
nostram pestilentiam benignorem, & leuisrem fuissent, quam vt maiorem homi- Fab. Aug.
num partem inuaferit, & occiderit. Atqui ad eandem refellendam sententiam alia C. Fur.
proflus, & veriori nos ratione vti consuevimus. Pro qua illud nobis in præsentia pac. Coll.
concedi cupimus, quod posterius diffuse & firmiter probari posse confidimus, hanc nimis nostrorum temporum pestilentiam minime ex vitiato aere, aut depravato vietu, aut aliter, quam ex uno hominum & rerum contagio originem habuisse.

DE PESTE

Quod si ita res habet, quanquam huiusmodi morbi maiorem hominum partem in his regionibus non occupauerunt, neque ex omni conditione (quod ingenue fateri decet) illud ego tamen affirmare non veror, veram hanc, & legitimam pestem fuisse: cum facit sit, its in locis, vnde ad nos importata est, vbi forte ab aeris virtio originem duxit, omnino illam vulgarem fuisse. Immo vero quid prohibet etiam, quo minus dicamus pestem (ex. gr.) Africae, Siciliae, & Itale vnam atque eandem esse, quam propterea iure optimo non modo vulgarem, sed etiam vulgarissimam appellare licet, cum per tot regiones vagata sit? Sed neq; altera fortasse deest non inepta ratio, vnde propositam difficultatem diluere possimus. Quanquam n. haec mala à plerisque, & porosissimum nobilibus viris fuerunt aliena, neque (vt pestilentie forma in primis postulat) in homines cuiusvis status, & fortunæ grallata sunt, illorum tamen ea vis fuit, & malitia, vt omnes aggredi, neque vlli pepercisse potuerint, nisi grauissimum patrum singulari studio, & diligentia, illorum furor, atque impetus cohibitus, atque angustis admodum terminis coercitus fuisset. Singula enim (vt philosophi docent) propriam formam alsequuntur, non ex iis, quæ in actum prodeunt, sed ex iis quæ potestate sunt talia: neque res (vt eorum more loquamur) per actus secundos, sed per actus primos definiri solent. Homo est animal rationale, non quarenus ille vere, & actu ratiocinatur, sed quatenus ita natura comparatus est, vt aptus sit ad ratiocinandum, alioquin homo dormiens non esset homo. Sic apud philosophum definitur anima, quod sit actus primus corporis physici potentia vitam habentis. Atque Gal. demum, tum sanitatem, tum morbum esse statuit, partium corporis constitutionem, illam secundum naturam, hunc præter naturam, vnde actiones, non actus, sed potestate, vel probe, vel male prodeunt. Itaque nos pariter pestilentis morbos non sine ratione definire posse videmus, vt illi sint vulgares, & perniciosi, hoc est tali natura, & forma constantes, vt maiorem hominum partem, atque illos in qualibet fortuna positos aggredi, & perdere possint, quamvis reuera non aggrediantur, non perdant. Quælo enim finge vigore pestilentiam, non modo ex uno contagio, cuius vim, atque impetum quicunque voluerit, haud difficile vitare potest, sed etiam ex contaminato aere, à qua vix vlli cauere licet; si hoc tempore plerique omnes alia loca, vbi sublitora efficit aura, quætere velint, an propterea quod illa in multis actu non seueriat, minus vere pestilentiam appellabimus? id non equidem opinor. In praesencia cum hec nos literis damus, idibus Febr. singulari Dei Opt. Max. beneficio, & benignitate Vicentie leuissima quædam huiusmodi luis vestigia vix supersunt, quæ breui admodum in nihilum abitura esse speramus. An vnum, aut alterum male affectum pestilenti morbo non laborare existimabimus, quod morbus iam actu non sit vulgaris, nec plerosque inuadat? non puto: quandoquidem neminem esse arbitramur, si modo huic mali originem, & progressionem ille satis intelligit, qui non facile fateatur, vnu duntaxat agrum, nisi ab aliorum commercio diligenter arceatur, vnam item inquinatum superellit, item multos, & vniuersam vrbec inficere posse. Porro antiqua videtur fuisse huiusmodi lis, de qua particulatim duo quondam celebres medici, Dynus, & Gentilis Senis accerim. litigant: quorum argumenta, vt liber, vnuquisque apud illos intelligere potest. Hoc ipso in primis arguento (ni fallor) præclarissimi quidam viri in eam sententiam adducti sunt, quo tempore huiusmodi mala graftari ceperunt, illa pestilentie nomine signanda non esse, quod tunc pauci admodum laborent, neque illa communia, & vulgaria fuerint; quanquam alijs contra illud quidem

*Gentil. com.
in primis
4. c. prog.*

TRACTATVS PRIMVS.

Cap. 19.

dem pestis initium, sed minime pestem appellare non vereantur. Non possum exi-
stimare, auditores (inquit Mercurialis) appellandam esse eam pestem, in qua vix
duo, aut tres petabant singulo die. Erant fortasse initia quædam pestis, sed non erat
pestis. Cuius profecto sententia vni (vt ingenue dicam) non satis intelligi: nam
que sum noscius quamobrem principium pestis, pestis nomine appellare non li-
ceat; quasi vero principia morborum ab ipsis morbis sint diuersa, & aliena: Apud
medicos vulgare est, ex quatuor partibus principio, incremento, statu, & decli-
natione morbos in vniuersum constare. An principium motus, non est motus, an
via in generationem (vt loquuntur philosophi) non est generatio: an via in corru-
ptionem non est corruptio? Omnim fane morborum initia sunt vndique leuio-
ra, & difficilia cogniti, sed tamen in hac vna inquisitione, & intelligentia præ-
stantiam, atque excellentiam medicis in primis elucere certum est. Vnde illos irri-
debat Galen. qui incipientes cancros non agnoscerent, quod non aliter, quam
stirpibus è terra exuentibus euuenit, quæ pariter peritis duntaxat agricolis agno-
scuntur. Sed alias haec ferè quæstio ab Hippocrate videtur esse proposita: an prin-
cipium phrenitidis phrenitis censenda esset: quam Galenum præclare dissolu-
tem audiamus.

*14. meth.**cap. 9.*

Qui comatosi inter initia fiunt cum capitib, lumborum, hypochondrij, colli-
que dolore vigilantes, an phrenitici existant?

*Hipp. præ-
cip. prorrh.*

Complura veterum exemplaria verbo (phrenitici) verbum (existant) non ha-
bent adiectum: hinc exorta est quæstio, vtrumne eos, qui ita habent, quis iam
phreniticos appellabit, an futuros expectabit; adiecto vero verbo (existant) atque
in hunc modum simul scita oratione (phrenitici ne existant) quæstio est, an qui ita
affecti sunt, iam phrenitici sint, vel non sint. Quæstioni autem eiusmodi iam &
alia quædam non pauci momenti annectuntur quæstio, quam & defebrium acce-
sionum principio mouerunt, nempe in illis ratione maxime consentaneum esse vi-
detur, non postea venturam præcognoscere nos accessionem, sed incipientem iam
dignoscere ex permutatione pulsuum: quoniam vero nondum insignem accepit
magnitudinem, vt ægro quidem, tanquam dicenda conspicue videatur, à nobis
autem, vt tanquam facta cognoscatur; res haec non aliter, quam planta recens è
terra ortæ, dignoscitur, quas rusticus, vel qui in herbis omnibus dignoscendis est
peritus confitemit internoscit, ceteris vero incognitæ manent: agros liquidem her-
bas germinatione simillimas sapius ferre conspicimus, quas nos quidem non in-
ternoscimus, rusticis vero internouerunt: quod & arboribus euuenit: nam singulas,
cum omnibus suis partibus sunt absolutæ, vniuersi cognoscimus, cum vero enas-
ci incipient, omnino à paucis cognoscuntur. Haec tenus Galenus. Quanquam igitur
in nostra pestilentia pauci admodum ægi aliquando laborarent & interirent, at-
que ij quidem ex vna plebe, cum homines pro maiori parte, & ex omni condi-
tione apti essent ad malum suscipiendum, illam nos quocunque tempore veram, &
legitimam pestem fuisse arbitramur.

Cæterum antequam posteriorem huius tractationis partem aggredior, quæ
ad huiusmodi morborum præservationem, & curationem pertinet, illud, vnum in
præsentia reliquum esse videtur, quod superioris nos esse tractaturos recipimus, vt
eam quæstionem tractemus, vnde nam haec pestilentia originem duxerit. Et-
enim quidam ex vna depravata vicitus ratione, alij propter ea ex contaminatio aere,
alij demū ex uno contagio illam ortam fuisse contendunt. His somnia nonnulla, &

commenta vanissima consulto prætereo, quæ homines non solum philosophia, & medicina, sed etiam omnis literaturæ, atque eruditioñis prorsus expertes temere afferre non erubescunt, quæ quod per se facile concidant, vlla confutatione honorati non debent. Quod porro ad illos actinet, qui vulgaria isthac mala in vnam vietus rationem referre solent, cum iis quoque omnino paucis agendum est. Quanquam enim tum Gal. diffuse, & perspicie, tum experientia manifeste & facile demonstrat, quantum alimenta mali succi valeant ad procreandos morbos, quod à nemine in controvrsiam reuocari debet, cum tamen præteritis temporibus virginete famæ longe omnium maxima, ac præsenti etiam tempore plerique lucci alimentis vesci coacti fuerint, qui omnis pestilentia fuerunt immunes, vt aliunde illa generetur, necessario fatendum est. Quemadmodum igitur depravatum vctus rationem, qui multis sit communis, pestilentiam quandoque efficere posse credimus, & cacochytiā in vniuersum, quam ex huiusmodi alimentis fieri generari necesse est, ad omnes morbos, in primis vero pestilentes, corpora mirum in modum præparare existimamus; ita contra pestilentiam, de qua agimus, alia magis de causa, quam propter prava alimenta evenisse nos vere affirmare posse videmur. Quamobrem illud nobis vnum modo superest, vt inquiramus, an ex aëre vel manifesta qualitate alterato, vel aliter contaminato: an magis ex contagio, quod ex vno corpore in aliud transeat, illius originē statuere liceat. Quam profecto disputationem obscurum prorsus, ac difficilem, diuque ac multum agitatum, quoniam cum Mercuriali tanto viro mihi potissimum res est, studiose, & diffuse tractare constitui. Neque est, vt aliquem admiratio teneat, quamobrem à viro omnium tum doctissimo, tum humanissimo, addo mihi charissimo, & amicissimo, non hac solum in re, sed alias sçpenuero dissentire non verear.

Quæ enim illius est singularis humanitas, grauitas, suauissimique mores, plane compertum habeo in meliorem partem illum (quod euidem maxime velim) haec omnia accepturum esse. Immo vero, cum præterito anno commentarium ille suum de pestilentia humanitè & grata mihi dono misisset, atque ego illi per literas gratias egism, simulque significasse, me quibusdam in rebus illi non satis assentiri, grauiter, & ingenio mihi rescripsit, se minime ira ambitiosum esse, vt omnes homines suis dogmatibus assidentes esse cupiat, sibique vehementer gratum esse facturum, quicunque iis de rebus plane inceris, & obscuris disputare voluerit, quando hac potissimum ratione veritas facile inuestigari, atque ē tenebris eruī solet.

Atque hoc ipso commentario, Gratissimum (ille ait) erit mihi vt omnes docti videant has meas rationes, examinent diligenter: quia cum hæc res sit maximi momenti: opratissimum erit semper mihi, vt veritas inueniatur, si modo veritas inueniri potest in re adeo secreta, & diuina. Libere igitur dicam quod sentio, sed hac tamen lege, vt de omni re inter nos controvrsia, tanquam honorarius arbiter, ille iudicium ferre, ac sententiam dicere possit: vt ita intelligent homines, dissidentes aliquando sententias summa etiam cum benevolentia, & charitate conuenire.

Mercurialis causas pestis inuestigatur, alias internas, alias exteriores esse docet. Quod porro ad internas pertinet, insignem primum, atque excellentem putredinem, non quidem vnius, aut alterius humoris, sed omnium, qui simul confunduntur, conturbantur, & computreficiunt, vere, & summa cum ratione statuit, præterea vero iis humoribus latenter quandam, atq; occultam vim inesse tradit, quam Gal.

& me

Cap. 17.

Cap. 5.

& medici omnes scribunt inesse medicamentis, atque venenis deleteriis. Hanc ego abditam qualitatem in præsentiam prætereo, quod superius sententiam hac in re meam facis explicaueris. Quod autem ad causas exteriores attinet, duas ad efficiendam pestem causas perpetuo concurrere assererat, nimirum aërem ipsum, & contagium: mox prætermisso contagio, iærem concurrere ad pestem efficiendam Hipp. demonstratione evidensissima probat hunc in modum. Petis est morbus communissimus, ergo à causa communissima: causa communissima est aëris: ergo pestis hæcessario ab aëre. Quæ quidem argumentatio (ille ait) tantum porquit apud scriptores medicinæ, vt neminem fere inuenire licet, qui non putauit veram pestem fieri ab aëre. Atqui vnum ego reperio Gal. (vt alios interea prætermittam, cum ille mihi sit perpetuo instar omnium) qui non modo pestem ab uno aëre semper fieri negat, sed etiam Hipp. hac in re aliter sententem arguere non veretur, quod supra demonstrauimus. Neque hanc Gal. sententiam vlla ratione infirmari existimamus, primum quod alij morbi ex vctus ratione oriundi sint quidem pestilentes, sed minime ipsa pestis: quandoquidem res ipsa declarat illos vere pestilentes, & pestilentia nomine signandos esse, cum sint aliquando vulgares, & pernicioſi, quales fuere illi, de quibus particulatum mentionem facit Gal. præterquam quod ille perspicue admodum, & ex proposito morbos communes, ex communi certe causa, sed non ex vno semper aëre fieri docet, vt non alia interpretatione sit opus: tum vero quod aërem haud certe solum, sed vna cum alijs causis, morbi communis causam statuere liceat: aërem enim plane Gal. excludit, & absque illo morbum communem propter aliam causam communem oriri posse fatetur: alioqui vana proflus, & temeraria fuisse illius in Hippoc. argumentatio, si modo vt aëris vel solus, vel faltem aliis causis adjunctis ad gignendam pestilentiam concurrat, necesse est. Neque illa dementia ratio videtur magis efficax, quæ morbos communes distinguit, ita quidem vt communes vni regioni, quos endemios Græci appellant, sicut à prava vctus ratione, & à vaporibus elatis ex aquis, & terra, minime ex aëre, communes autem pluribus regionibus semper orientur ex aëre. Nam præter quam quod & in præsentia adhuc eadem vrgent argumenta, Gal. statuens morbos communes fieri propter plures causas cōmunes, minime propriæ vnum aërem, huiusmodi morbos haud interpretantur endemios, sed epidemios, qui tempore aliquo determinato populum, aut exercitum vniuersum sine aëris virtu aliquando solent occupare. Cum igitur hoc fundamentum non modo sit infirmum, sed ex Gal. disciplina plane corrut, vt omnis fabrica illi innixa concidat, necessariū videtur. Præterea non nulla signa addit Mercurialis de historicis, & aliis perira, quæ probabili saltem ratione confirmare possint, hanc nostrorum temporum pestilentiam ex aëre ortam fuisse: atque illa quidem duorum generum esse tradit, alia antecedentia, alia comitantia. Inter signa antecedentia numerantur terræ motus, comète, sidera insolita, signes aërei, eclipses, annus bisextilis, monstra, animalia ortæ ex putrida materia, pestes alibi vagantes, si demum viri temperatissimi ægrotent, & lupi hominibus sint infesti.

Non ego in præsentia multum labore, an isthac signa omnia, vel certe plura ante nostram pestilentiam conuenient: illud vnum reperio, quod superius admouimus, si modo alius Dei propulsione prætermittamus, nullum signum pestilentiam præmonstrare posse, nisi quatenus imminentem putredinem indicare potest: præter quam quod ex iis plurima non solatam dixerit, & levia, sed etiam superstitionis, & mendacia non iniuria videlicet possunt. Terræ motus Ferrariae maximi fuerint,

C 5 violen-

Init. lib. de
cib. bon. &
mal. suc.

Cap. 6.

violentissimi: quæ ciuitas fuit immunis pestilentia: quanquam enim animo concipere, & fingeri licet halitus ex terra motu exeunte, longe lateque disseminari, nec proximis regionibus vim aliquando inferre, illud tamen aut omnino difficile, aut certe vix fieri posse existimandum est, salua & incolumi vrbe, vicis, & vniuersa dictio, cum pestilentes illi vapores omni ex parte proximos locos petere possint, vt alii vndique illas, nonnulli tantum apud nos fuerint contaminati. Cometas sidera in solita, ignes aëreos, si physicam eorum significationem aduertere velimus, estis in primis, ac siccitates portendere, & significare philosophi docent: quod quidem hoc tempore satis confirmat, iam trimestris insignis, & continuata siccitas, quæ coenam initio Nouembris apparentem sequuta est, & adhuc perseuerat. Quod si prater elementarias facultates, bella, pestes, mortes, & alias calamitates hæc hominibus afferre, communis fere omnium consensu iamdiu confirmatum est, illud nos tanquam per signa magis, quam per causas fieri existimamus, non aliter quam olim in auguriis, & auspiciis evenit, in quibus per aues multas, quorum illæ autores haudquaquam erant, portendi, & significari credebantur: ita quidem (quod pie ac vere statuendum est) vt Deus Opt. Max. qui ministros suos aliquando facit flammam ignis, ad demonstrandas publicarum, & priuatarum mutationum vicissitudines, adeoque ad nostram eruditioem, tanquam signo defuper dato, huiusmodi ignes apparitiones, veluti quosdam emissarios, & praecones esse velit. Sic iri naturales suas causas habet, quas physici possunt reddere, interim tamen arcana præterea suam habet significationem. Anno bissextili, quam temere, ne dicam stolidè à plerisque tanta vis tribuatur, vt rerum ferme omnium naturam mutare, & multa pericula afferre possit, vnicuique facile constabit, qui memoria reperat, minime natura, sed arte, & Cæsar's decreto huiusmodi annum constitutum esse, vnde tot admirabilia, & rara opera prodi nequeunt. Sed alia non prosequor: atque addo illud vnum, antecedentia isthac signa levia admodum, atque incerta esse, quandoquidem illorum plurima, aut forte etiam omnia sine vlla pestilentia interdum evenisse certum est. Inter signa autem comitantia pestem ex aere oriundam refert Mercurialis ea symptomata, & morbos, qui omnes fere pestes ex aere comitari solent, febres ardentes, febres placidas, dolores capitis deliria, carbunculos, tumores, mortes subitaneas, extinctiones familiariarum. Atqui (vt nos superius demonstrauimus) docet Galen, nomen (*vulgare*) vel (*peftilens*) non uno certo, & determinato morbo concludi, adeo vt nulli sint morbi, nulla symptomata, quæ pestis propria, & inseparabilia dici possint: quam rem superiore disputatione à nobis demonstravam, ipsa confirmat experientia: namque (ne singulas pestes recentem) audiamus, quæ Thucydides in celebri illa sui temporis etenies scribit, hac ferie. Atque non multis ab hinc diebus, cum in Attica essem, morbus primus Atheniensiscepit inuadere. Et quanquam fama est: ante quoque: morbum late vagatum esse, tum in Lemno, tum in aliis regionibus: nondum tamen memoriarum proditum est tantum pestilentia, atque internectionis mortalibus contigisse. Neque enim sat opis afferebant medici, qui principio se se ad medendum applicerunt ob imprudentiam, sed hi maxime interibant, quippe qui proxime accedebant; neque alia humana ratio, autars ylla: Tum quæcunque à sacerdotibus supplices perebant, aut variis, & quæ ab his responfa dabantur, omnia in cassum erant: atque occumbentes ab his desistebant, à malo superat. Et quoniam deinde postea hanc mortis causa
Porro hoc primum (vt aiunt) sumpsit initium ex *Ethiopia*, quæ supra *Egyptum*

est.

est, mox in *Egyptum*, & Libyam deuenit, & in Regis oram magna ex parte: in Atheniensium vero ciuitate repente irruita primum in Piræo homines attigitex quo etiam aiebant Peloponnesios venena puteis inieciisse (nam fontes ibi nondum erant) deinde vero, & ad superiorum ciuitatem peruenit: ac iam multo magis moriebantur. Differat igitur de hoc, vt quisque sentit, tum medicus, tum idiota, unde verisimile fuit illud originem duxisse, & causas referat tantæ mutationis, quas idoneas fuisse puret, quæ vim ad res ita immutandas sortita fuerint. Ego vero quod factum est narrabo, & quibus animaduerhis, si quando rufus incidat, possit aliquis proquisum quippiam non ignorare, hæc monstrabo, qui tum ipse morbo laborauit, tum alios laborantes vidi. Itaque annus ille (vt in confessu est) inter omnes maxime aitorum morborum immunis fuit: quod si quis alio prius morbo laborasset, in hanc omnes decumbebant. Alios vero ex nulla occasione, sed continuo cum sanis essent, primum capitis calores inuadabant vehementes, & oculorum rubores, & inflammationes, atque interna partes, & fauces, & lingua sanguinolenta statim erat: spiritus difficilis, & fœtens exibat: deinde ex his sternutatio, & raucedo succedebant: ac non multo post tempore labor in pectus descendebat cum tussi vehementi: Quod si quando ad cor inhæsit, tum id subvertit, tum purgationes bilis, quæcunque à medicis recensentur, subierunt, atque hæ magna cum defatigatione. Plebisque singultus incidit inanis, conuulsionem afferens vehementem: quæ nonnullis sub hæc ceflabat, alii vero multo post. Porro corpus extrinsecus tangent' non erat admodum calidum, neque pallidum, sed subrubrum, lividum, pustulis parvis, & ulceribus scatens: interne vero partes vsque adeo flagrabant, vt ne tenuissimum quidem stragulum, aut linteum impōstrum, neque aliud quidpiam præter nuditatem ferrent. Ac iucundissimum plane erat in aquam frigidam se ipsos coniiscere, quod multi fecerunt ex iis, quibus cura non fuit adhibita, qui & in putose se dererunt inexhausta siti vexati: & perinde erat plus, ac minus bibere. Atque importunitas quædam, qua iis quisceste non licebat, & vigilia perpetua comitabantur. Corpus, quandiu morbus vigebat, non contabescerat, sed præter spem labori obfittebat. Quamobrem vel interierunt plurimi nouem, & septem diebus ex interno astitu, cum aliquid roboris adhuc haberent, vel si effugissent, morbo in ventrem irruente, & exulceratione in eodem facta, & diarrhoea simul inmodica subeuntem, plerique mox præ imbecillitate perirent. Etenim initio sursum factò malum, quod in capite primum considerat, vniuersum corpus peruadebat. Quod si quis maxima hæc superasset, huius extremerum partiū noxa superueniebat: malum enim ad pudenda, & ad summas manus, & pedes decumbet: & complures his amissi evaserunt, nonnulli & amissi oculis. Nonnullos etiam, quum primum exurerent, ceperit obliuio rerū æque omnium, ac tum se ipsos, tum amicos ignorabant. Etenim hoc morbi genus, quod certe maius fuit, quā: vt oratione comprehendendi possit, tum alioqui grauius vnicuique accedit, quam humana ferret natura, tum hæ in re declarauit se aliud quippiam esse portentosum, & extra ordinem, quoniam aues & quadrupedes, quæcunque humana carne vescuntur, cum plurima iacerent insepulta cadaveria, aut non accedebant, aut si accedebant, ac degustasse, interibant. Huiusc rei indicium fuit, quod manifeste huiusmodi aues, deficerent, quæ nec alias visebantur, neq; circa aliud ex his. Sed canes magis huius eventus sensum præbuerunt, propterea quod vna degunt. Morbus igitur (vt alia multa prætermittamus in solita, quæ cuicunque scorsum euenerunt, aliis alia) talem yniuersum ideam habuit: alius præterea

terea nullus eo tempore infestauit ex iis, qui consueti habentur: si quis autem accidisset, in hunc definiebat. Ac perierant nonnulli quidem ob negligentiam, alij vero diligenter etiam curati. Neque vnum (prope dixerim) compertum est remedium, cuius vnu homines adiutores esse constaret; nam quod vni opem tulerat, id ipsum officiebat alteri. Iam vero corpus nullum vnum est aduersus morbum sufficere, quod ad robur, & debilitatem attineret, sed sublata sunt omnia, quavis etiam viuenti ratione ad curationem vterentur. Porro res miserissima in vniuerso morbo fuit, tum animi delectio, cum quis ægrotare se intelligeret; nam mente protinus ad desperationem conuerterta, multo se ipsos magis consernabant, neque relinabantur; tum vero quoniam alter ab altero, dum curationis officio fungerentur, instar ouium occidebant, argue hoc maximam cladis partem attulit. Siuc enim præ metu recularent alter alterum adire, deferrit peribant, domusque non paucæ vacua sunt redita ob medentes defectum: sive adirent, commotiebantur: atque ij potissimum, qui virtutis aliquid sibi vendicabant; nam præ pudore non parcentes sibi ipsi, amicos conuenientebant: & cum luctus defunctorum perficerent, ipsi quoque familiares succumbebant à mali vehementia superati. Magis tamen tam morientes, quam laborantem ij miserabuntur, qui iam euaserant, propriea quod intelligenter se iam in seculo versari: bis enim eundem morbus non corripuit, ita ut interficeret. Atque hi rū ab aliis beati censebantur, tum ipsi præter presentem lexitiam, in posterum quoque spe aliqua subleuabantur, ne ab alio quidem morbo aliquando fore, ut extinguerentur. Iam vero proprio labore aliud quoque accessit incommodum ex importatione ab agris in urbem: quod nihilominus inuicti hostes: cum enim domos non haberent, sed in tuguriis suffocantibus astuta tempestate degenerent, corruptio accessit nulla seruata dignitate: sed mortui, morientesque mutuo adiacebant, ac semianimes in viis volutabantur, & circa fontes, præ aqua desiderio.

Tum ædes factæ, in quas conuenienter, cadaverum plena erant, eorum (inquam) qui illuc peribant: nam virgente malo, cum quid facerent, homines non haberent, omnes pariter ad negligentiam, & ad aras, & focos se conuertenter. Præterea leges omnes perturbatae sunt, quibus antea de sepulcrorum ratione vrebantur: ac sepeliebant, ut quisque poterat: tum etiam multi in aliena loca deiecti sunt, ob amicorum penuriam, cum hi plerique suos morte præuerterent. Nonnulli ægrotantibus præuenientes, cadauer alieno rogo impositum succendebant: alij vero, dum aliud combureretur, eo, quod ipsi portabant, superinfecto, abiabant. Hactenus Thucydides. Quem sane locum vniuersum: quanquam prolixorem eo libentius latine reddere, atque hic transcribere volumus: quod eum lectorum delectare, neque solum haic rei, de qua agimus in præsentia, sed toti etiæ tractationi plurimam lucem afferre posse existimemus. Illud profecto est certo certius, plurimos hic numerati morbos, & symptomata, calorem capitis vehementem, oculorum rubores, & inflammationes, fauces, & linguam sanguinolentam, spiritum difficilem, ac fœtem, fermentum, cauedinem, laborem peccoris cum vehementi rufi, sanguinem inaneum cum vehementi convulsione, noxam, & amissionem pudendorum, manuum, pedum, aliquando oculorum, obliuionem rerum æque omnium, adeoque amicorum, & sui ipsorum, atque alia forte huiusmodi, quæ tum ab aliis pestiliis, tum à nostra fuere maxime aliena: contraque nonnullos morbos, & symptomata apud nos fuisse frequentia, qualia in primis sunt bubones, pectorides, anthraces, dolores capitis, delitia, quorum Thucydides nullam mentionem facit. Neque

que aliquis est, arbitror, qui non facile & libenter fateatur, hanc ipsam Thucydidis pestilentiam ex uno potissimum aëre ortum duxisse. In maxima illa, & forte omnium seuissima pestilentia, anni M. C C C X L V I I I . quam Matthæus Villanus, & Ioannes Boccacius descripsere, omnes sputo sanguinis, & difficultate respirationis tanquam peculiari eius pestilenzie morbo laborasse constat. Atque ne fœstra sim longior, hanc ipsam morborum, & symptomatum varietatem, & diffinititudinem (de qua re etiam superius diximus) vnuquisque facile deprehendet, neque iniutus confitebitur, qui alias quoque pestilentias particulatim animaduertere, & cum hac nostra conferre voluerit. Sed alia prosequor. Signis modo propolis alia non contempnenda addit Mercurialis: primum quod toto pestilentæ tempore, præsertim in ciuitatibus, rari admodum fuerint, qui alio morbi genere laborant, vñque adeo, ut si quis febre tertiana, vel alio morbo laborare ceperisset, ille protinus in pestem caderet: tum vero quod homines, quanquam sine vña pestis suspicione mortui, maiori ex parte posteriores corporis partes vibicibus, latisque maculis deturpatas haberint, quod rarissime alio tempore soleret evenire. Amplius infinitos fuisse ille commemorat, qui pro certo habentes se ab omni commercio, & contagio morbo diligenissime abstinuisse, hanc tamen labem evitare non potuerunt. Præterea quod innumeris, ex laboribus inguina arque ala intumuerint, varia item tuberculæ sponte eruperint sine vlo insigni detramento, vel aliqua pestis suspicione, quæ præterito tempore fuerant insolita. Rufus vero (quod magni omnino interest) hanc pestilentiam Mercurialis ex aëre fuisse probat, quod mensce Iulio Venetiis, & Patauij ceperint pluviæ quædam parua, placida, & fere continuæ, quales refert Hippocrates in Cranone euensi, ut satis confare possit Autrinam constitutionem durasse totis fere mensibus Septembri, & Octobri.

Postremo autem loco Mercurialis aëris vitium confirmat, fatuitas omnium terræ fructuum, quanvis illi fuerint copiosi; nullus, aut rarus admodum cicadarium cantus: atque forte etiam in vniuersum ab iis regionibus avium defectio: ut vindique concludere licet hanc nostram pestilentiam ex aëre ortam esse. Ceterum, Lector, quanquam Mercuriale vitum grauissimum, & doctissimum hæc afferre non dubitamus, ut conjecturali omnino ratione sententiam suam confirmaret, atque in vniuersum leuiora illa esse videntur, quā ut longiorem disputationem postularent, ne quid tamen in hoc argumento desideres, singulas huiusmodi rationes breuiter examinare non grauabitur. Quo primum loco illud minime agimus in presentia, ut subtilius inquirendum, ac in dubium reuocandum esse velimus, an isthac omnia miracula Patauij euenerint, nec ne; quandoquidem viro ingenuo, & veraci fidem vindique adhibere decet. Illud ego tamen (quod ad primam argumentationem pertinet) vere, & sancte omni asseveratione affirmare possum, hoc ipso pestilentæ tempore apud nos plurimos alios morbis à pestilentibus laborasse, & euasiisse: & particulatim mense Augusto laborauit ego ipse febre tertiana continua, vnu item meus famulus tertiana intermittente. Sic in celebri pestilentia anno M. D. XXVIII. quæ vniuersam fere Italiam contaminauit, maiores nostri referunt præstiles, alios quoq; morbos, priuatimque duplices tertianas vagatas fuisse, à quibus plerique euadebāt. Sed vñcunque se res habeat, ut ingenuè dicam, vim huius rationis equidem non satis intelligo, quomodo nmine, aut certe paucis alio morbi genere laborantibus præter pestilentres, colligere hinc liceat, quod medici omnes pro certissimo argumento habeant, pestilentiam

ex aëre

ex aere oriundam esse; quasi vero, ut alia prætermittamus, tertia illa constitutione libri tertij Epidem. quam nemo opinor, dubitat ex virtuac aere fuisse pestilentem, Hippoc. tertianarum, quartanarum, quotidianarum febrium, & aliorum morborum non meminerit, quos verisimile est pestilentes non fuisse, ac postremo loco sexdecim ægrotos non describat, qui vel Galen testimonio alius morborum generibus ab iis laborabant, quæ in ea tempestate commemorata sunt. Quod ad contagium pertinet, grauissimi patres publicis scripturis, & inquisitionibus hac in re sedulo institutis; quæ adhuc inter monumenta annualium seruantur, vere vnicuique testari possunt, neminem apud nos pestilenti morbo laborasse, quem non ille prius **contagio contraxisset**: quanquam enim plerique sine villo contagio se laborasse contendunt, quod à multis prædicari audio, nonnullos scienter alios fallere, alios inscienter falli nos existimamus; quandoquidem usque adeo multæ, latentes, atque fere insensibiles sunt huius veneni rationes, siue hominum dolos, siue incuriam, & negligenciam consideres, ut illa vix explicari, aut concipi animo possint. Namque (ut à re mea non discedam) quanquam diligentissima adhibiti inquisitione nihil prouersus inuenire vñquam potui, unde Allegrantia labem contraxerit, cui seuerissime iusteram, ut ne vñquam domo exiret, neque aliquam rem, aut hominem domo exciperet, post multos tamen dies certior sum factus (quod tandem Lucretia promissa illi impunitate confessa est) clam illam, semel ad Lazarum portitorum, eiūque vxorem diuertisse, qui eo tempore pestilenta laborabant, & breui ambo obierunt: post quorum interitum bidus Allegrantia male affecta est. Quod porro magna hominum pars, qui sine vlla pestis suspicione obierunt, post mortem posteriores corporis partes vibicibus, latisque maculis deturpatas habuerint, primum cum viro præstantissimo statutum id sit, in quo mihi tamen non satis cum eo conuenit, raro fuisse, qui alio, quam pestilenti morbi genere laborant, non iniuria fortasse quæsierit aliquis, quamobrem hos peste non interisse sit existimandum: tum vero nos id quoquis tempore euenissemus, neque huius rei caufam cogniti difficultem esse putamus, ut propterea ad aëris vitium configendum non sit. Etenim, ut interca prætermittam neminem esse cadavera tractare solitus, qui non frequenter huiusmodi liuores, & maculas animaduertit, ut hoc insolens videbit posse illi tantum, qui corpora nudata non ita inspicere consueuerunt, non impetrat, portuere hoc loco mihi occurrit Hippoc. ubi ille scriptum reliquit antiquos existimasse, ægrotos quosdam sideratos esse, tum aliis de causis, tum maxime ob id, quod mortuis latus liuidum plagæ simile videtur, quasi huiusmodi symptoma particulatum vel in aërem, vel in aliam superiore causam referendum est, quemadmodum nonnullis fulmine iactis, quod illi sidus esse opinabantur, quandoque euenissemus obseruatum est. At vero Galen, causam certe naturalem afferens, illud fieri docet, propterea quia sanguine in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cœte diuisum, solutumque est, id in morte refrigeratum nigrem contrahit, ut similiter illis euenit, qui ita ex plaga affecti sunt. Cum igitur omnis corporis pars vel confusa, vel refrigerata, vel adusta, tum in morte, tum ante mortem, nigrem quendam, & luorem contrahere soleat, cui mirum potest videri, si plerique aliquando appearant vibices, & maculae externæ, portissimum in dorso, quam partem, tum propter alias causas, tum maxime propter decubitum multo sèpe calore, & fluxione abundare constat? Quod de inguinum, & aliarum tumoribus, variis item tuberculis sponte erumpentibus assertur, illud ego in contrarium plane sententiam.

*1. De rat.
vñf. in mor.
acc. 3. 5.*

siam interpretandum esse arbitror: cum enim non solum verisimile, sed fere etiam sit necessarium huiusmodi corpora malis vndique humoribus referita esse, ex quibus quidem (ut Gal. est autor) si modo exiguum aliquam occasionem ab ambiente aëre illi acceperit, febres pestilentes generari consueverunt, ratione maxime feb.

f. De dif.

Perro quod Austrina constitutio perdurauerit Venetiis, & Patauij totis fere mensibus Septembri, & Octobri, vnde facile aër infici potuerit, ego quidem quales, & quantæ fuerint illo tempore pluviae, ad summam qualis fuerit illa constitutio, & quandiu durauerit, nibil certi vel assueverat, vel negare ausim, quandoquidem huius rei nullam profus oblationem, aut memoriam teneo. Sed cum illis mensibus, quibus Venetia, & Patauium laborarunt, non modo Vicentia, Tarvisium, & alia viciniora loca, sed omnes promedium carundemmet virium villa, plurimi vici, & determinatae pates, quibus variam, & diuersam constitutionem affigere non licet, omnis perculi fuerint immunes, contra vero quo tempore Vicentia afflita est (ut alia loca præterea) Venetia, Patauium, Verona perpetuo bene habuerint, facile adducor, ut credam, neque tunc temporis Austrinam exitisse constitutionem, quæ pestilentiam efficere potuerit, si modo (quod à nullo in controversiam reuocari audio) vniuersam hanc tot cinitatum, & locorum pestilentiam ab una, & eadem causa originem traxisse fatendum est. Apud nos certe tantum abest, ut præterito anno Austrina fuerit constitutio, ut illam contra magis Aquiloniam fuisse constet. Verum concedatur hæc quoque Austrina constitutio, an protinus illa pestem efficere potuit non arbitror. Nonne Hipp. commemorat plerosque Austrinos status, qui aliorum quidem morborum, minime pestilentium fuerunt autores? Quicunque librum tertium Aphorismorum, libros item Epidem, legere voluerit, ne hic pluribus locis afferendis frustra sim longior, illud non inuitus confitebitur. Etenim si modo huiusmodi constitutio pestem efficere debet, ut illa vehemens sit, & longiori tempore duret, necessarium videtur: imo vero non solum ad efficiendam pestem, sed ad alios quoque morbos procreandos, notabilem illam esse, & diutius perseverare oportet Austra (inquit Hippoc.) auditum hebetant, 3. Aph. 3. caliginem obducunt, capitis grauitatem efficiunt, pigros reddunt, & languidos, quando igitur huiusmodi tempestas dominetur, talia in morbis accident. Habet 1. Epid. temp. (inquit Galen. hunc locum interpretatus) qua de vehementi Australi statu, qui 1. com. 4. multo tempore durat, ab eo dicta sunt, ostendit enim per verbum (dominari) nomina hæc non esse eius, qui vere, aut modico tempore spirat, nec ei, qui pluribus quidem diebus, sed imbecillus est, hoc se nomen tribuere. Et iterum. Non 1. Epid. sec. 2. potuit Auster ille caput replere, qui sub Arcturo ad æquinoctium usque flavit, 74. neque enim humidum erat, neque diurnum, quod inter canem interuenit spaciij, & Arcturum. Vnde alias in vniuersam Austrinas tempestates putredinem inducere ille docet, si diurnæ, & potissimum humidæ fuerint. Hoc in primis facile confirmat celebris illa constitutio libri tertij Epidem, quæ sane diutissime Austrina & humida perseverauit. Cum esset (inquit Hippocrates) annus totus Austrinus, humidus, &c. Sed addo & illud, modum illius constitutionis referente Mercuriali ralem fuisse, ut vix illo ipso tempore aliquod malum gignere potuerit. Etenim si vna constitutio vulgares morbos repente afferre plebet, ut illius mutatio

tatio, & alteratio sit insignis, necesse est, nam leuiores, & quæ sensim fieri solent, non protinus, sed longiore deinceps tempore varia mala parere consueverunt.

3. Aph. com. Mutationes temporum (inquit Galenus) quæ maxime efficiunt morbos, illæ sunt, quum plures deinceps fuerint, aliaque aliam excepterit, quemadmodum Hippo in Epidemias scriptum reliquit, atque hic non ita multo post est dicturus. Vnius vero temporis alteratio morbos certe quidem efficit, sed non præcipue. Quando igitur morbi sicut potissimum vnius temporis alteratione? Cum eius scilicet magna contigerit alteratio; propterea enim dicebat; Et in ipsis temporibus magna mutationes caloris, vel frigoris, vel alterius cuiusdam, aut humiditatis, aut siccitatis, aut ventorum, aut horum defectus. Et rursus. Manifesta est causa, quamobrem in Cranone facti sunt astatae carbones, neque enim parum à naturali temperaturo recesserat, sed ad tales illa venerat statum, per quem putreare facile, quæcumque naturam habent putredini obnoxiam: possunt enim humiditates præter modum auctæ putrefacere, vt & ipse dicturus est. Morbi pluviosis temporibus fere sunt febres longæ, alii fluores, putredines. Sed iis ipsis caliditatem magis putrefacere possunt: ambabus enim simul coniunctis, nec minus quam in Cranone vehementibus, & immoderatis, corpus alterum tempus non expectat, vt offendatur, sed in priori, vt grauissime lœdatur, necesse est. Cum igitur Austrina illa constitutio Venetiis, & Patauji paucis omnino diebus perdurauerit, neque vehemens, & notabilis fuerit illius alteratio, si modo vulgare aliquod malum illa fuisset allatura, periculum certe non illo ipso tempore Septembri, & Octobri, sed posterioribus mensibus magis imminere videbatur. Præterea denum, quod ad huiusmodi constitutionem pertinet, priorum quoque temporum hyemis, veris, astatis constitutiones animaduertendæ essent, quales nam illæ fuerint, quantum vnaqueque durauerit, & quomodo: pariterque aliis quibusdam animaduersoribus, & distinctionibus opus esset, quarum Galenus aliquando meminit, quibus instructus medicus tum præsentia mala certo cognoscere, tum futura haud temere prædicere possit. Sed hac de re forte nimis multa. Terra fructus in vniuersum fatuos, neque ita incudos hoc tempore fuisse, vt fere illi esse alias consueverunt, illud mirum alicui videri non debet, quandoquidem, vt agricola docent, & ratio plane confirmat, notabilis fructuum copia, qualem hoc anno in primis fuisse constat, illorum suavitatem perpetuo immixtum solet, atqui hoc minime ex aëre, sed magis ex alimento, quod illi ex terra suscipiunt, prouenire nos arbitramur. Immo vero cum terra, si vñquam alias, frugum, & fructuum omnium insignem vberatem, & copiam hoc vno, atque altero anno tulerit, contraria prorsus ratione euidens hinc argumentum colligere licet, cœlum, adeoque aërem ipsum ab omni labe liberum fuisse, arque in terram, & homines omnem beneficam vim grato, & liberaliter infusisse: quandoquidem inter famem & pestem tanta est consensio, vt vix, & raro alteram ab altera separare liceat: quod solertiissimi illi veteres vel ipsis nominibus indicare voluerunt, non aliter quam simplici, o, alterum ab altero distinguentes, pestilentiam λοιμὸν, famem ληψὴν appellant. Quod vero demum ad silentes cicadas, & defectum avium pertinet, quid aliud respondet, prorsus non habeo, præterquam, si quis in agro Parauno illarum cantus minus audire, & harum frequentiam minus videre visus est, surdastrum hunc fortasse atque oculis hebetioribus fuisse. Sed redeo ad rem. Post hæc inquirens Mercularis, quænam qualitates aëris fuerint hoc tempore causa pestis, tria propo-

nit;

nit; malas & tetras evaporationes: varia temporum anni in temperamenta, & particularum autumno cōstitutionem Austrinam; tum vero occultam quandam proprietatem aëri cœlitus infixam. Quod si aët nulla ratione pestem efficeret potuit, quæ nostra est sententia, vt hæc omnia corrūt, necesse est. De posterioribus duabus capitibus satis dictum est. De primo nunc breuiter dicendum. Si memoria repetamus, quæ tradita sunt à Gal. emitti posse putridam exhalationem, quæ aërem contaminet, à multitudine mortuorum non crematorum, vt in bello accidit, paludibus, & stagno astiū tempore, & quæcumque tandem animo cōcipere possumus, quæ eandem rationem fortuntur, nullam (opinor) Venetiis, Patauji, Vicentia, vt alia loca prætermittam, huiusmodi exhalationē inuenirē licet, unde aët infici potuerit. Etenim quanquam negandum non est, has ciuitates prauis omnino quibusdam exhalationibus obnoxias esse, si tamen rem ipsam grauiter consideremus, illas nullum periculum, aut malum afferre, adeoq; aërem ipsum téperatissimum, & saluberrimum iis in locis existere nō inuiti fatebimur. Namq; Venetiis, si vlo in loco, homines diutissime viuūt, vt sim nescius an alibi tot reperiātur robusti, & venerandi senes. Præterea tum Venetiis, tum Patauji aërem ad iustum quoddam temperamentum proxime accedere partim alia, partim illud maxime demonstrat, quod ille ex omni fere natione homines alar, & singulis sit præclare accommodatus.

Meam Vicentiam prætero, quam quidem tum aliis nominibus, tum salubritate cœli in primis nulli alij ciuitati inuidere arbitror. Quod si quis in iis vrbibus exhalationes omnino pestiferas elatas esse contendat, & quæceteri quamobrem illud hoc vno tempore factum sit, & quare istæ exhalationes ferè intra muros vrbium, immo vero intra determinatos quosdam vicos, & certas domos coereantur, ita respondeat, vt rem totam in latentes cœlorum influxus, seu motum, & lumen referre velit, hac ratione facile hic se ab omni difficultate explicare, & omnem questionem dissoluere posse videtur. Sed rursus hunc lapidem mouere cogimur. Etenim Mercurialis cum Hippocrate, Aristotele, & Gal. vere statuens nullam causam sine ius, quod paritur, habilitate agere posse, adeoque peste neminem laborare, qui non corporis constitutionem habeat ad illam sufficiendam maxime aptam, & accommodatam, huiusmodi constitutionem, & qualitatem duplice esse docet, alteram, manifestam, alteram oœcultam, quam definit non aliud esse, quam latenter quandam cordis proprietatem, qua illud à se minime repellere potest noxias impressiones: quam præter cæteros Auicenna insinuat videatur, quo loco de proprietate dispositionis sermonem habet. Quam profecto abditam cordis conditionem ille præterea cōfirmat dupli argumento primum quoniam aër generaturus pestem ante omnia cor aggreditur, tum autem quod nisi hanc cordis latenter vim constitutas, quamobrem alia corpora, vel téperatissima, & plane cacochyма in media pestilentia versentur impune, alia vel téperatissima, & euchyma, illa corripiātur, & alia huiusmodi problemata intelligere vix licet. At vero neque hanc ego cordis latenter proprietatem suspicio, quancomperum habeo neque Galenum vñquam suscepisse, qui quidé corporum manifestas affectiones, & constitutiones ita perpetuo afferre soleret, vt quicunque causis morborum magis aduersatur, immunis conseruetur, contra quicunque eidem magis cōfervit, illis facile corripiatur. Sed loquētem illum audiamus: Maxima pars (ille inquit) generationis morborū est eius, quod patietur, corporis ha-

bilitas. Subiiciatur igitur pro exēplo in ambiente aere nonnulla pestilentia semi-na deferri; atque corporū, quæ in eo versantur, hæc quidem esse variis excremen-tis referita, paratis iam ex seip̄is putreficeri, illa vero excremētis vacua, & pura: atq; prioribus quidem addatur in multis locis meatuum obstrūctio, plenitudo voca-ta, & vita ociosa in multis cūpulis, & ebrietatibus, & immodico Veneris vſu, & quæ necessaria prædicta omnia cōsequuntur, crudicaribus: alius autem omnibus puris, & excrementis destitutus præter ea, que illis insunt, bona, facilis quidem in omni-bus meatibus spiratio, vt pote nequaquam obstrūctis, nec cōpressis, exercitia ve-ro moderata, & prudenter instituta vietus ratio. Ac deinceps in istis hypothesisibus cogita, quomodo vīraque corpora ad inspirationem putridi aeris affici sit con-sentaneum.

Nonne verisimile est, illa quidem statim à prima inspiratione initium putredini accipere, ac plurimum in malum progredi? quæcumque vero vacua sunt excremen-tis, & pura, hæc quidem nullo modo, illa vero paulum laborare, ita vt facili-s sit illis ad naturalem habitum reditus: Sic & cum aeris temperatura à nature habitu immodice recessit ad caliditatem, & humiditatem, pestilentes fore morbos est necesse, laborare autem iis maxime eos, qui iam prius excrementitia humi-ditate pleni fuerint, quemadmodum qui modeatis laboribus, ac decenti vietus ratione vītur, omnino in omnibus eiusmodi affectibus, mali expers permanet. Galenus haec tenus: qui præterea nunquam hanc latenter cordis proprietatem agnoscit, quam profecto, tum alibi, tum hoc vno in primis loco silentio non præ-teriisset, si modo illam natura constantem, & propriis dogmatiſ contentientem existimat. Præterito (abitror) tempore vrgebant, que præsenti virgēt prob-lematā, & paradoxa, quamobrem hic media in peste superest maneat, ille vel minimo cōmercio contaminetur, & alia huiusmodi, neque propter ea Galenus, aut alium quempiam eruditum medicum ad hanc reconditam, & inexplicabilem cordis proprietatem configuisse legimus. Quod enim ad Aūicennam pertinet, hac in re illum, quod Galenus sentit, illud idem plane sentire nos existimamus, quod illius veterorum series aperte demonstrat. Et communicat multitudini ho-minum (ait Aūic.) qui iterum habent in se ipsi proprietatem præparatiōis. A-ge[n]e enim solum cum peruenit, & patienti non est præparatio, non accidit actio, & passio. Et ne quis animo conciperet latentem aliquam proprietatem, quasi se ipsum interpretatus addit. Et præparatio corporum ad illud, in quo sumus de præ-paratione, est, vt sint plena humoribus malis, nam munda non forsitan patiuntur ex illo: & corpora debilia iterum patientia sunt ex ea, sicuti illa, que multiplicant coitum, & corpora dilatatorum pororum, humida multæ balneationis. Hæc ille, qui omnem latentem, & occultam proprietatem vna cum Galeno prorsus neglexisse videtur. Neque superius posita argumenta ad huius rei confirmationem maioris momenti esse censeo: quanquam enim in pestilentia cor priūsum la-borat, & totius mali veluti fons statuendum est, ego tamen adhuc non satis in-telligo, quomodo hinc absconditam illius proprietatem elicere possumus. Sed neque illud perpetuo verum esse, nos satis superius demonstravimus, priuatim que in illa prope decantata Thucydidis pestilentia ægroti vno porrissimum capie laborabant. Quam quidem sententiam non ita licet interpretari, quasi præstan-tiam, & nobilitatem visceris minus intelligamus, cum illud totius viræ principem, ac veluti arcem esse, neque illo incolumi aliquem interire posse non inuiti fatea-mu:

mur: sed id assueremus in pestilentia alias prope qualibet corporis partes ali- quando priūsum affici, atque in illis totius pētūculi summam consistere, quod ip̄i demum cordi necessario communicari non dubitamus. Ut autem de alio quo- que arguento nonnihil dicamus, quod multorum animos vehementer mouet, & perturbat; vñdenam plerique, in primis vero vespillones, chirurgi, & alij infeli-ci huiusmodi seruitio ministri destinati dies noctesque in media pētūcia versan- tes a tanto periculo illæsi conserventur. Illorum plurimi sua quædam recondita medicamenta iactant, quæ secreta appellant, quæ quidem boni quidam, & creduli homines studiose, & saepe non paruo pretio mercari solent. Sed quomodo ne-bulones, & perditi plane homines ea p̄sidia sunt consequuti, quæ grauissimi, & literatissimi viri multis studiis, & laboribus consequi adhuc non potuerunt? Alij magis prudenter, & subtiliter in longiore vſu, & familiaritatē hoc referre con-fuerunt: quasi vero huiusmodi homines huic pētiferō commercio diutis- fine assueti, quandam veluti habitum contrahant, vnde sine vlio timore vitam hil-ilariter vivant, & periculum omne despiciant: quando nemo est, qui longioris con-suetudinis vim non facile intelligat, & illam veluti alteram naturam esse nesciat. Sed quamvis ratio ab his allata, quod ad confuetudinem pertinet, satis facere du-bitationi fortasse possit, attamen adhuc dubium manet, ante quam res in habitum, & cōsuetudinem abierit, quomodo viles illi homines pētiferam luem effu-giant, cum iam se infelici priūsum seruitio tradunt. Alij aliter flatuunt. Ego vero priūsum sum nesciū, an ita se res habeat, vt illi tanquam caduceatores incolumes possint inter pētifera tela versari: quandoquidem maior ex parte vbique illos mi-feros confoslos esse audimus. Venetiis certe fama est quatuor vespillonum millia breui admodum tempore interisse. Sed esto, concedatū hæc quoque istorū prærogativa. Huius rei causa, cum alia ab aliis afferantur, certiorē illā & veriorem cæteris esse nos existimamus, quod ij plerique antea pestilentia laborauerint; si quidem communiter omnī confusione, longiorēque experientia iamdi confirmatum esse videtur, vt nemo bis pestilenti morbo male afficiatur: quod priuati anno tauit Thucydides, qui hoc in primis nomine, quicunque euaserant, beatos ab aliis cœlinatos suisse tradit, ac si illi nulli amplius mortis periculo essent ob-noxijs: quod quidem priuilegium quanquam maiori ex parte verum, neque proi-sus à ratione alienum esse nos arbitramur, illud tamen, quod apud nos res ipsa mon-strauit, haud perpetuo verum esse, & quandoque fallere cœlendum est. Sed nescio quomodo nimis digressi ad institutam disputationem revertimur. Suprà illud nos probare co-peramus, aëtem in præsenti pestilentia ab omni notabili altera-tione, & corruptione liberum suisse: atque viuētis huiusmodi mala ex vno exter-no contagio originem habuisse. Quoniam vero nemo est, qui non maximam hu-ius pestilentia causam in contagium facile referat, hoc longiori disputatione con-firmandū non est. Quare illud vnuim, quod ad aëtem pertinet, & in cōtrouersiam dicitur, ex instituto nostro perseguimur. Itaque præter ea qua' iam polita sunt, alii quoq; rationibus videmus sententiam nostrā posse comp̄obare, quas fere col-ligit Mercurialis ex quibus, ne frusta bin longior, nonnullas duntaxat potiores, & solidiores nobis liceat affere. Priūsum autem si nostræ pestilentie originem consi-deremus, non modo priuariam illam, quæ nostras regiones, & vniuersitatem fecit Ita-liam infecit, sed etiam quæ deinceps singulas ciuitates, & loca contaminavit, ex vno contagio ortam fuisse conitac: quod. n. Vicentia nāmelle, & sic vlio do-

bio factum est; idem & aliis locis euenisce cedimus Neque audiēdi sunt, qui pri-
num quidem pestilentia ex solo contagio factam esse fatentur, sed mox aeris vi-
tium accessisse contendunt, illa ducti ratione, quod tum Venetiis, tum aliis in lo-
cis malum aliquando in viuēsum una cum contagio extinctum fuerit, deinde
vero iterū reuiscens maiorem impetum fecerit, quo tempore aeris iniquitatem
superuenisse aiunt. Nam rationi omnino, & veritati consentaneum videtur, sicut
i principio, ita posteriori tempore, isthac mala ab uno & eodem fonte perpetuo
dimanasse.

Immo vero si funestam huiusmodi histouiam repetere, atq; attente considerare
velimus, facile constabit, ubique tamdiu, & tantum hæc mala seruissse, quamdiu, &
quantū commercio, & contagio locus permisiss est. Venetiis principio mala non
modo fuere valde remissa, sed etiam aliquādo, & aliquādo prorsus extincta nō
alia(arbitror)ratione, quam quod semina contagij hoc tempore pauca essent, &
paucis in locis sparſa, que propterea grauitatiorum patrum studio in nihilū fa-
cile redacta sūt. Sic apud nos terq; quaterq; & sèpius una vel altera radix euulsa,
& dissipata est, sed tandem multis simul, & semel subortis fontibus (hoc tempore,
quod inquisitionibus & scripturis publicis cōstat, duo seplasarij, alter ad insigne
corali, alter ad insigne aquila, unus item coriarius, & alij: quidam externis merci-
bus contaminati misere inficiuntur) vsque adeo ciuitas vexari, & affligi cœpit, vt
postremo succumbere illi necesse fuerit.

Hic neminem esse arbitror, qui aut Venetiis, aut Vicentia priore illo tempore
aerem vitiosum fuisse velit; Quod si absq; aeris vitio, tunc non modo una, aut alte-
ra domus, sed plurimæ ex uno contagio contaminari potuerunt, quid prohibet,
seu hominum incuria, seu dolus, siue alter illo aucto, & multiplicato, quin pericula
erit, & mala omnia sint aucta, & multiplicata, quamvis aer omnis maliitia fue-
rit immunitus? Præterea aerem insigniter alteratum, aut puridem, tum aliis argu-
mentis, tum proprio sensu vnicuiq; deprehendere licet, que tantum à præsenti
statu abfuerunt, vt contra illa magis adfuerint indicia omnia, quæ aeris benignita-
tem monstrare possunt.

Neque huius argumenti vim minuit, quod hac inficiantur, & appareant in
magna duntaxat pestilentia; cum enim nostra inter moderatas recenseatur,
aeris quoque alterationem, & putredinem saltem aliquam, & moderatam affuisse
oportuit.

Sed hac de re, satius, vbi de Austria constitutione loquuti sumus. Tum
vero docet philosophus, aerem esse corpus continuum, & fusum, quod non faci-
le proprio termino coercetur: quod si ita se res haberet, quem modum inuenire aut
excogitare licet, quamobrem laborante Patauio, ab omni malo libera fuerit Vi-
centia, ac defince laborante Vicentia, Patauū fuerit incolumente vel magis quam
obrem laborante vrbe non modo suburbia, & villæ propemodū omnes, sed etiam
deteminati quidam vici, iunctio vero certæ quædam domus, non solum propin-
qua, sed cōtiguae domibus infectis ab omni periculo seruata fuerint: quare tan-
dem huiusmodi mala in viles potius, & plebeios homines, quam in nobiles viros
grassata sunt? Neque hac in re Mercurialis respōsionem recipio, qui hinc colligit
in omni peste orbem viuēsum necessario laboraturum esse, quod fieri vix posse
libenter illi concedo: siue enim aer qualitatibus alteretur, siue illius subtilitas con-
taminetur, quæcumq; tandem vtriusq; vitij fuerit causa, aut nulla ratione, aut cor-
te dif-

T R A C T A T V S . P R I M V S . 51
te difficile id ubique fieri posse nos existimamus, sed aeris, velut quibulda tabu-
lis, & quadratis ita disponit, ac diuidi, vt non solum diueisis in locis alternatim, sed
eadem in domo pars sinistra aeris pestilenti, pars dextra nō pestilenti subficiatur, si
lud equidem mente satis assequi nō queo: Pluviæ grandinæ, & alias aeris impues-
siones varia, & dispersa loca, sèpenumero occupare cōminus, sed angusto in loco,
varii in partibus alternatim, hoc vñ quam euenisce non arbitror. Vicentia (ne
externa exempla pétamus) ex decem cōtinuitate dominibus una, vel altera, quæ nul-
lum prius comitem habuit, salua, & incolmis seruata est, ceteræ aliarum
commerciū implūcitate ferentes contaminatae sunt. Suburbia, castella, rura pro-
prietudo ualonia, cum illud à clementissimo Princeps clemente sequuta, vñ à ciui-
bus sibi cauerē posse, nullam pestilentiam passa sunt: Dua in ter ceteras villas
(alteram Faram, alteram Pauianum appellant) ex manifesto cōtagio labem con-
traherunt, vt plurimi breviter laborarint, & intererint: sed illis maximo studio, & di-
ligentia dies, noctesque custoditis, ac veluti obcessis malum ultra angustos illos
terminos dilatatum non est.

At fieri posse existimandū est, vt particularia isthac, & determinata loca, quan-
quam angustissimis terminis circumscripta, atque uno quidem certe tēpore ini-
nus salutari cœlestia subiiciantur, vt cetera omnia quanquā illis proxima & con-
tingua ab huiusmodi in fortunio sint, libertas? Neq; vero magis huius rei causa in ter-
ra, & corpori variis constitutiones, & preparationes referri posse videtur: quia
quam enī libenter concedimus, quod autores tradunt, & confirmat experientia,
in efficienda bonitate, vel prautate fructū terre parē à parte sibi proxima ali-
quando differre, non illud tamen ita fieri nos arbitramur, vt suapte natura absque
villa hominis industria huiusmodi cetera repartes vsque adeo mirabiliter altererint, &
transmutentur, vt breui tēpore spacio modo vberes, & iucundos, mode paucos,
& insuages fructus illæ generent. Sic igitur quanquam Patauinorum, & Vicentiorum
corpora, seu manifestam, seu quamlibet erit latenter constitutionem, præ-
paratiōnem, & proprietatem vñimus considerare, haud simili prorsus esse, sed va-
riis nominibus huiuscem disterre constat, ratione tñ certe aliquam adhuc inest, aut
animo conciperet, hō potuimus; vñde in tam inter eos varietas, ac dissensio o-
rū potuerit, vt vno tēpore alteri ad sufficiendum pestilenti aeris impressionē
maxime apti, & præparati, alteri cōtrā maximē inepiti, ac repugnantes fuerint, cu
alio quoquis tempore (si hos paucos menses excipiatis) vtique sicuti breui admodum
terrasipatio distat, ita cundem aerem inspiratis, ac rebus prōpemodū omnibus
vehementer conuincere videantur.

Prætereo monasteria, hospitalia, & alias numerosas familias, quæ sibi diligēti-
sime cauent, omnis periculi fuerunt immunes. Carceres equidem non prætero,
quem locum, si alium quempiam, tetrici vaporibus, putridis exhalationibus, atque
aeri prorsus maligo obnoxium esse cōstat, vnde inquinatus aer, si villo in loco, in
eo certe proprium venenum emittere, ac vim maleficam demonstrare debuisset,
veruntamen singulari Dei Opt. Max. beneficio, carceres apud nos ab omni labe li-
beri, atque incolumes perpetuo seruati sunt.

At vero in peste, quæ ex viatiō aere originem habeat, quā fieri potest, vt tot, ac

tantæ hominum, locorum, rerumq; dissimilitudines, atque distinctiones accide-

posint? Sæua illa pestis ann. M. DXXVII & XXVIII. (vt ne magis remota exem-
pla reperamus) quam ex vno in primis aere ortam fuisse aiunt, nou hoc certe mi-

D 3 rabili

DE PESTE TRACTAT. PRIMVS.

52
rabilis delectu modo vnum, modo alterum locum, vniuersa regio[n]e incolunt, neque homines duntaxat plebeios occupavit; sed, quod patres nostr[is] referunt, & annales confirmant, vno fere atq[ue] eodem tempore in omnes Venetias ciuitates, vt externas regiones p[ro]pter inmittamus, acque in omnia eiusq[ue] ciuitatis rura, & oppida, itemq[ue] ex omni fortuna homines crudeliter s[er]uiuit. Ceterum vt modum aliquem huic disputationi faciam, quando forte hec etiam dixi longius, quam instituta ratio postulabat, aliis argumentis praeferuis, que hac in re multa adhuc affiri possent, pestilentiam nostram ex uno contagio ortam fuisse, manifeste (ni fallor) ostendit curatio. Etenim si repetere velimus, quae cunq[ue] in vniuersam ad fuganda & repellenda huiusmodi mala vbiq[ue] acta sunt, illa omnia vnius certe rerum, & hominum commercij atq[ue] adeo contagij rationem habuisse constabit. Sic pleriq[ue] omnes aut combutendis, aut certe aliter mundandis, & expurgandis vestimentis, & vniuersis suppliciis libis, item arcendis peregrinis hominibus, quos suspecta, & incerta fatigatis esse inteligerent omne studium, atq[ue] operam sedulo adhibuerunt: si infectas domos claudere, & obsignare, agroros cu[m] tota familia ad alia loca transferre, atq[ue] illis omnem cum aliis consuetudinem interdicere co[n]suenerunt. Sic denuntiatis p[ro]tectoris fructu tentatis: tanquam ad sacram anchoram ad vniuersam ciuitatis sequestrationem co[n]fugere coacti sunt. Quod si non solum contagium, sed p[ro]pter ea inquinatum aerem pestilentia causam statuimus, non tantum illus, sed etiam huius rationem certe habuisse decebat.

Quocirca (inquit Galen.) summis laudibus prosequor admicandum Hippocratem, qui pestem illam ex Aethiopia ad Graecos venientem nos alio praesidio repulit, quam aerem purum faciendo, ne ab hominibus (qualis tunc erat) infectus hanciretur. Itaq[ue] praecepit, vt per vniuersam ciuitatem ignes accenderentur, qui non solum è simplici materia constarent, sed bene olentes coronas, & flores haberent: talia siquidem ignibus alimenta subministrari consuluit, & vt vnguentu quā pinguisima infundenterent, & id genus alia bonum odorem fundentia, vt hoc pacto claves aerem purum inspirantes ab omnini lue tuti forent. Sed iis de rebus posteriori libro dictis, huic disputationi iam finem facio, quā vnuquisque pro certo habeat, maxime velim, me non instituisse calumniandi, aut lacestendi aliquius studio, à quo criminis, si quis alius, longissime absum, sed vt in re difficultiu, multumq[ue] agitata, & controversia ad inuestigandam, eruandamq[ue] veritatem, ego quoque qualiscunque sim, meam sententiam explicarem: quam quidem docto[r]um omnium iudicio, ac censura libentissime subiectio, paratus vbiq[ue] meliorem opinionem amplecti, si modo illa mihi beneuole, & certa ratione demonstretur:

De The. ad
Pif. c. 16.

L I B R I I . F I N I S.

A L E X A N D R I
M A S S A R I A E D E
P E S T E
T R A C T A T V S I . L I B E R I I .



R 1 O R 2 libro de essentia, causis, & signis pestilentia tractatum est; modo in hoc altero de illius præservatione primum, mox & de curatione, tractabimus. In qua vniuersa trahione proposatum nobis est veteres medicos, atque vnuus in primis Galenum imitari, neque ab illorum disciplina vnuquam discedere. Cum igitur, quod nos satis superius probauimus, & à nemine in controv[er]siam revocari existimamus, plerique omnes morbi siant pestilentes, ac veram pestem constituant propter vnam insignem, atque excellestq[ue] putredinem, vniuersique primis danda est omnis opera, vt corpus optime purriatur, atque in eo sine succo optimi, ab omni prava qualitate, adeoque ab omni putredine, & corruptione alieni, purificetur. Itaq[ue] in controv[er]siam, ita ut in omnibus respondeatur.

Quandoquidem illud est certo certius, quicunque propria corpora seruant ab excrementis vacua, puraque, illos minime omnium huiusmodi morbis corripi, ac ab omni periculo tutos fore. Sic apud Galenum vnuus & primum in omnibus communis est scopus, vt homines morbis pestilentibus conseruentur immunes. Si corpora maxime vacante excrementis, & bene traspirent. Secundus ab eo, vt dominati causa, quoad fieri potest, repugnetur. Porro corpora vacante excrementis, si haec primum de corpore educantur, vero si homines aliquā in eant rationem tum alimētorum, tum medicamentorum, vnde in polterum nulla amplius gigantur. Excrementa duci, atq[ue] adeo corpora vacuari solent non, vna ratione, potissimum autem missione sanguinis, & medicamentis. Quemadmodum igitur illorum sententiam prorsus non approbo, qui delectu omni, & discriminante remoto, omnes homines purgandos esse contendunt, id quod incommodo aliquando, & periculose magis, quam commode, & viliter fieri ap[er]madixerimus, ita si moderationem quandam adhibeas, vtriusque præsidij vnum non repudiamus.

Enim si sit aliquis incorrupta sanitate, corporisq[ue] bona habitudine, suapte natura non modo alienus, sed etiam ab horrens à medicamentis, hinc ego temere, nisi forte illi graue periculum innipet, cruciandum, & torquendum esse non arbitror. Atque hoc equidem iudicio plerisque hoc calamitoso pestilenzie tempore, qui anxi, & sollicito animo purgari cupiebant, cum huic rei minus apti videbantur, consiliarius sui, vt ab omni purgatione, & corporis agitatione abstinenter, sed illius vice accommodaram magis, & frugi virtus rationem instituerent. Quod sane consilium & nos ipsi sequuti sumus, quanquam periculosa sapere, & anicipitem cōsuetudinem cum morbo[s]is hominibus habere nos oportuit. Contra vero si fuerit quispiam incomoda, atque infirma valetudine, nō sat robustus ac valens,

1. De diffib.
cap. 4.

medicamenta, facile ferens, aut qui præterea catœchyria vivit, vel pleniusdinis onere se grauari sentiat, huic ego purgationem aliquam tum vitalem, tum necessariam fore existino. Ceterum ut ne hac etiâ in parte nostra deficiat tractatio quâquam difficile est certum quendam purgationis modum omnibus convenientem inuenire, ad instituendos in primis novitios pauca hic annotare non grauabitur, quæ ad hanc rem magis opportuna, & accedit modata videri possint.

Itaque si quis ad precaudam pestilentia excitatione purgari, & corpus universum inaniri, sibi velit, constituta primum salutari vietus ratione, qua neglecta, cetera omnia frustra fieri certum est, hinc ante omnia, leuiore aliquo medicamento alium lenientiam esse existimamus: cui quidem perficiendo operi cassiam, mannam, syrup. violaceum, rosaceum, & alia huiusmodi benedicta, vt vocant, medicamenta minime importuna, & repudianda esse nos arbitramur, quæ nonnulli propter nescio quæ nimiam eorum humiditatem reiecere solent: si modo illis addantur, que cum flatus, tum omniem edram malitiam corrigeret, atque unam in primis puerinam prohibere possint, his nos familiariter peruenire possunt: hie tam Galeni, pilulas de tribus Ruphi, sp. distillatæ, scordium, hysopum, sem. citri, anisorum, & alia odorata. Atqui vulgo iam recepiū esse audio, vt huiusmodi medicamentis tum præferando, tum curando theriacam, & Mithridatum peropportune eomisceantur: quam profecto miscendorum medicamentorum ratione latius probare necesse est, quamcum tuus opinoris auctor non ignoror, siue pœclarissimum, ac legiori vita dignissimum: franciscum Frigimeliam meū quondam in medicina præceptorem nonquam pœnitendum quem vivum (pace allorum dixerit) medicorum omnium tum præsentis tum præterita etatis facile principem fuisse non dubito.

Quamobrem vero huiusmodi mixtione minus probare soleam, non illud tantum me mouet, quod theriacam, & Mithridatum vim habeant histendi motionem cuiuslibet medicamenti, & quod possuntiam periculo cauendū iubet Galenus, sed etiam id maxime, quod huiusmodi antidotū vna cū medicamento lenienti, vix ante prandium exhibita, si importuna exhiberi videntur: siquidem medicamenta, si quod aliud, validissima, ac fere diuina longissimum inter cetera omnia temporis spacium, ab omni alimento, & impedimento liberum non iniuria postulant, vix natura superari, & in actuū deduci possit. Et quamquam illa in modica, quæritate exhibetur aīne (veriusque drælinia) cireretur medicamente permissum, scilicet tum ego nescio quidem non habeam argumenta virganeum: tenetum Galeno, que curantiborum alsumere tibi non licet, ut nequam eibos probe concoixeris; nec amplius repletum te sensias, & quantumcumq[ue] partus illius, quæritas certe in temporis spacium requiratur illis compositionem: initio vero medicamentum ille varia mensura exhibendum est: docet ad proportionem temporis, quod ad illius coctionem superest: Rebus facies (deinde inquit) in vasta diversitate theriacam sumas, & intermixta ad

Egyptiæ fabre magistri dñm ex duobus: apq[ue] dyathis, & quando in modicum inter valrum tibi supererit ad antidotum inchoatoe, interdum ad inicis due classis: quamquam tres tribus aquæ ex aliis, quando plus temporis habituus es, quod illa in corpus digeri possit. Cum restet huiusmodi antidotum vim cuiuslibet: medicamenti remittere, & impeditre possint, & tanquam res quæ dampfi sanctæ, neque ante pœ- que postea alimento etiam inveniuntur, illa nos, quantumvis modica mensura exhibeantur, vna cum medicamentis lenientibus præter rationem, & præ-

*l. Quos
Quando,
Ec.*

*De The, ad
Pis. c. 17.*

Galeni mentem exhibebit existimamus: Plerique omnes ad lenientiam hoc tempore aluum, insignem prærogativam attribuunt tam in indiis, præsertim si cassia, vel alteri medicamento permisceantur: alij contra quod illi ceteram in signi ad striatione, & ventriculum. Soleant labefactare eorum vsum non satis coimmودum esse contendunt. Ego vero moderatione quadam adhibita, cum tam in indiis per perpetuo vtendum non esse ceteram, si aliquando accidat, vt quis multe bile abundet, & illi ab huiusmodi potissimum humore periculum imminent, tam illis cassia præsertim, & aliis medicamentis admixtis libenter vlor, quændo satis constat hoc medicamentum in educendo, compescendo q[ue] suriusum hunc butrio ē cetera omnia medicamenta lenientia facile superaret. Hoc loco illos prætereo, qui frequenter vntur electuaris, vt vocant, lenitudo, diafobes, diaclisia, diaprunis, & simil. quibus nunquam nos vtimor, nisi inuiti, si desunt simplicia medicamenta: tenetum, ut pleraque alia in eomoda prætermittantur, que cum illa affervit, singula fere ingreditur cassia, quæ brevi admodum tempore corruptioe imminentis consuetu[m] potest, præter quam quod, dñm coquitur, vnonnullæ eius partes, & forte utiliores evanescant, necesse est. Sed de alio lenienda satis. Tum vero iis medicamentis agendum est, que deinceps corpus ad purgationem preparare, atque imminentis puto dñm rationem habere creduntur: quorum profecto ratio debet esse diuina, & diverso modo se habent subiecta corpora: Et enim si quis tenuioribus, & calidioribus succis abundat, cypriota illa exhibetur, quæ frigidiora cum sint, huiusmodi successus domare, ac illorum veluti feruore compelere possunt: qualia sunt in primis chioracea omnia, acerosa, horrago, buglossa, &c. ex quibus paratum decoctum assumendum est, aut solum, aut præterea additis syrupis, si modo illis delectari, echoraceis omnibus, ex siccis acerosa, aceto simili osoato rec. & simil. Sin autem succi crassiores, & frigidiores magis videantur redundare, nulli non constat exhibenda esse medicamenta calidiora, & quæ maiorem vim habeant attenuandi, incendiendi, abstergendi, qualiter sunt decoctum betonica, hysopii, scordij, dictam, melissa, rad. quinquefolij, illius, quam angelicam dicitur, myrridis, aristolochiae, syl. de betonica, de scordio, de cornicabu[m] citri, mel rotaceum oxyamel, & simil. Inter quæ, non hanc solum in re, sed in omni tum curandi, tum præferiandi ratione singulari quadam prærogativa secundum nos magni faciei soleantur, siue redactum in puluem, siue decoctum, siue quocunque tandem modo illud paratum fuerit: De quo, illustrissimus testimonio, literatum monumētis (Inquit Galenus) traditum est, à quibusdam celeribus viris, cum in prælio interfectorum cadavera multos dies insepulta iaceuisserint, quæcunque supra secundum sorte fortuna ceciderant, multo minus aliis computuisse, ea præsertim ex parte, quæ herba arigerat. Ob quæ rem sane pœfusum est omnibus, tam reptiliis venenis, quam noxiis medicaminibus quæ corpus putrescere faciunt, secundum aditari. Pariter Ephesianus ille apud Lennium, quilibet de vlo teret Lennius Galeno dono dedit: Inter cetera omnia, quæ puto dñm resistere videntur, secundum primis prædicta, solitus fuerat. Alij in rupre in modum celebrant etiolas, atque illius maxime suos expressim quicunque, siue per se, siue cum aliis medicamentis, si illius vpus, ut in maxima pœfientia huic vni medicamentis salutem referant acceperint. Quod si deponit, vt fere sic, humoræ non sint vnius generis, sed omnes simul coniunctur, & confunduntur, medicamenta pariter ita inuisum permiscenda sunt, ac temperanda, vt omnipotens indicationibus latet illa facere possint

*l. de antid.
c. 11.*

*9. de simpl.
medic. fac.*

possint. Porro uno, aut altero die post absumpcio[n]em leniens medicamentum praecep[er]t cetera omnia praesidia illud summo pere nos probamus, ut huic sanguis mittatur ex vena iecoris, aut communis consentientibus scopis principibus, qui huiusmodi remedium necessario indicant. Quam rem ex proposito alias, & diffuse a nobis disputatam hic longius non persequimur. Sanguis autem (mea quidem sententia) moderate intendens est, animaduertendo corporis habitum, temperamentum, plenitudinem, consuetudinem, tempus anni, & alia eiusmodi, que huius praesidij quantitatem determinare solent; sed omnium maxime illud in primis cogitando, ut ille iterum commode auferri possit, si ita occasio ferat. Atque hoc sane auxilium hac in re usque adeo praestans, opportunum, & salutare censendum est, ut plane sibi ego nescius, ex infinitis vel incerto discriminis versatis an aliquis, cui sanguis in tempore missus fuerit, in pestilentiam inciderit. Nonnullis medicis pro certo, reconditoque praeclido illud, maxime probatur, ut singulis mensibus statim ab interiuncto sanguis parce detrahatur; aduersus quorum sententiam scribit Galenus in iuste rationi consentaneum esse, eodem anno frequenter venam incidere, quandoquidem cum iterata huiusmodi sanguinis copia vitalis quoque spiritus emititur, quo sane absumpcio[n]e crebrius quidem moles vniuersa frigescit, tum animales functiones omnes deteriores redduntur. Quod quidem, si alias vnguam verum, hoc tempore verissimum esse nos arbitramur, quando praefat robustum corpus, & yalens studijs conservare, ut illud fortiter impetu tanti mali ferre possit.

Si cui praepter atetam, vires, aut aliud incommunum sanguinem ex vena mittere non licet, quod iam vulgo receptum est, huic incisio[n]is occurbitus illam nos mittere, conuenimus; quas sane non modo ipsi dolo, sed longe opportunitus aliquando inferioribus partibus apponere decet. De qua particularim vacuandi ratione posterius tractabitur. Lenita alio[m] millo vix in cinque laniigne, in stirvis medicamentis ad succorum coctionem, adeoque totius corporis preparationem, quo tempore magis opportunum videbitur, medicamentum postremo expedite exhibere, nisi adhibitis animaduertitionibus posxi humoris, atatis, temperamenti, annitatem, & simil. quas, haec in se adhiberi aequum est, sed ita tamquam in vniuersum a vehementibus, & violentis medicamentis perpetuo abstinentia esse censeamus, quae omnia certo scimus, vel Galeni testimonio corpora nostris incendere, minum in modum perturbare, atque naturae hominis aduersa, quodammodo lethalia esse. Nobis, praecepta cetera omnia maxime probatur rhabarbari vsus, atque eo magis, si cassia, vel aliis lenientibus medicamentis permisceatur: rhabarbari enim quibuscumque fece humoribus educendis viderit satis accommodatum, atque inter multas notabiles doles, quibus donatum est a natura, hanc in primis soritum est, ut venenis resistere, & cor ipsum corroborare credarum. Plericque omnes vulgo, tum praeferuando, tum curando familiariter vii consuegerunt tryphera Persica: quod Arabi medicamentum maximis laudibus effervent. Sed qui medicamenta singula, quae illud ingrediuntur, ac illius componendi rationem accurate considerer, facile intelliget huiusmodi medicamenti compositionem esse non solum plane longam, & negotijs plenam, sed etiam a Galeni methodo longe abhorrentem: ut illud priuatim omittatur, nos recentibus myrrabalanis carcere, a quibus, plurima vis medicamenti expectatur. Vnde cum simplicibus multo paucioribus, & facilitoribus hoc ipsum consequi nobis licet, temere, & frustra ad ea, quae difficultate, & confusione non carent, cōfugere nos videmur. Ac de purgandis corporibus haec tenus. At vero quo-

*De cucurbita
scars. &c. .4.*

niam

niā labore vniuersisque hac in re inutiliter, & frustra suscipere, omninoque operā perdere nō injuria videri potest, nisi scelus expugnat, & mundo corpore is simul studeat, ut illud in eodem statu diutius cōseruetur, neque in posterum noua excremēta gignantur, propterea tota mente, ac omni studio in hanc curam incumbendum est. Hoc porro praefat in primis tum opportuna, accommodataque viuendi ratio (qua voce non modo alimenta, & potionis comprehendimus, sed etiā motionem, & quietem, ac res omnes, quas medici non naturales appellat, ex quarum vario vsu, & moderatione corpora nostra mirabiliter affici, & alterari cōstat) tum etiam certa quadam, siue medicamenta, siue antidota appellare velimus, partim intra assumpta, partim extra apposita, quae quidem, seu alterando temperiem, & primas qualitates membrorum principalium, quae naturae limites excederent, seu propria magis, ac latente quadam proprietate, seu quo quo tandem modo calorem natuum roborando, non solum impedimento esse videntur, quominus exremēta gignatur, & putredines fiant, sed corpora eriamita disponunt, preparat, & confirmant, ut violentiae cuiuslibet venienti, in primisque pestilentis resistere possint. Vrunkne nos caput brevi oratione persequemur. Quod igitur ad res illas attinet, quae in vixis ratione consistunt, in primis occurrat aer, quem frigidiorē proflus, & sicciorē eligendum esse constat, quando illius putredini contrarium esse oportet, quae pestis causa est, proxima, ut antea diximus, atque a cōlore, & humiditate prosciscitur. Quamobrem domicilia frigidiora aliquanto sunt, & Septentrionis potius, quam alii oculi partibus expostis, summa cum diligētia purgantur, & munda serventur, ut ne pulvra videntur, vel immunda alioquin sint, tum vero in primis ne prauum aliquē odorem contrahaftat. Medici antiquissimi igit[ur] potissimum vi consueuerunt, quod omnia omnium facile princeps Hippocrates in ea pestilentia, quae ab Aethiopia in Greciam delata omnium maxime Athenas vexauit, ingentes passim signes succendi iussit, ut paulo ante diximus, ex lignis odoriferis herbisque, ac floribus suauissimis, variis praeferente adhibiti aromatis, & pretiosis vnguentis. Qua vna profecto ratione aere tenuiore, ac puriore reddito, adeoque ab omni corruptela vindicato, eos populos ab impendente grauissimo periculo liberavit; atque ille hoc nomine starum aucteum est emeritus apud eosdem Atheniens, insigne tanti beneficij monumētum. Itaque nos pariter nihilominus decet in actis depurationis incumbere, quanquam (quod in praesentia vsu venisse existimamus) ille nobis ab omni virio videtur alienus: Namque ita non solū verisimile, sed etiā necessarium est, contagiosa labis vites eneruari, corporaque firmiora, & ad resistendum aptiora reddi, quominus eadē corripiantur: in quem certe usum nihil igne est praefatius, quacquam ille calefacit, utpote qui eximia quadam siccitat, & vehementi agēti, ut facile absunt superuacaneum quemuis humorem, & omnia conuertat in propriam ipsius natūram. Expediet igitur, si non ita in locis publicis, saltē in priuatib[us] domib[us] igne continenter vi: atque ille tanto præfatiōr erit, quanto èiūcioribus tum natura, tum repositione lignis fiet, puta quercu, pinu, fago, abietē, olea, juniperus, quibus subinde addantur flores, & alia odoramenta, lauri folia, rosmaripus, salvia, hyssopus, thymus, serpillum, pulegium, rosa, citri flores, cornices, laureola, & alia id genus. Sed principem hac in re locum habent aroma: a, xyloboles, cinnabomum, caryophyllum, myrra, styrax calami, belzum, ambra, molchus, & alia huiusmodi; quae quidem tum per se singula, tum inuicem composita non id tantū præstare possunt, ut igni subiiciantur, sed etiam ut particulatim sufficiantur.

fusius ex iisdem hijs. si in vase accommodato prunis imposita lente, ac leniter evaporent. Qui compotum desiderant, suffimentorum matetiam, itochios habent de gallia moschata, de myrra, de camphora, de ligno aloë, ab aromatis, parati, felinos, cum uniuersa nihilominus liceat, hosū exemplo alia quoque sibi parare, vt liber. Exterum dum hæc, & quæcumque tandem alia remedia in vnum adhibentur, diligentissime animaduertit, deinceps tempore mentum hominis, atatem, & confusum, sed in primis anni tempora, constitutionesque, & quantitas hinc postulant, ipsa quoque tenet media tempore recipiant, & modum caloris, aucti hijs, humiditatis, aut sebitatias. Quamobrem astio tempore nemini dubitum esse arbitrariatur, quin opereat, vel omnino pptermittere, vel insigniter saltem poterit, & ignem, & reliqua oportea, vnde corpora nostra incendi, & inflammar, adeoque in pericula, nec pauca, nec levia ratiæ sagili possunt. Quod si quis iunior particulari adhuc excitatione hoc ipsum magis intelligere cupit, & sita optimum erit ades primu[m] accurate ab omni sorte expurgatus inox suffice odo, repangrum, & cironidum redolentium in persone aquarum, è rosis, è violis, è myrtis; quibus & addi acerum potest, quod perpetuo insigndem quandam haec in re prærogatiuam habere videatur: immo vero potest & ipsius suo tempore florib, thalamus sterni, violarum, rosarum, nymphæ, tum & foliis vitium, salicis, myrti, & huiusmodi alijs, que tam renouant frequenter sunt, ne dum arestunt, præcipi aliqui odoris emittant. Ex gr. Rec. aq. rofarum, myrti, lib. sacri vne. ii. pulueres sandalorum, iudicis adoratian. drach. iij. caryophyllorum, leu. st. acris calamis, drach. j. que mista leviter effusant. At vero tempore frigidiori, licebit ad calidiora iconfigurare, ut aqua relaxet peribiscantur caryophylli, citri, calamis, belzini, ambar, moschus, & ex compotis species cordiales, quas vocant, temperante, diambari, diamoschu, & huiusmodi. Quia videnti regula constituta hac remedia varijs, et temporibus facile aptari posse videntur, ut inveniuntur se inveniunt.

Sed illud tamen hoc loco nulo pacto praeterendum est, quod miror à paucis animaduertit, non insufficiens, tum in alijs omnib, remedijs adhibendis, que ed præmenta suscipiunt, talis adhibetur modus, & temperatio, ut perpetuo, videnti, virillæque sumere odorata, acuta, & calida sunt, et enim preterquam quod haec corporis saepe numero corpus excaffiant, inflammant, que, peccantia quadan vi capitis dolore, & gravitatem inducere consueverint. Ad hanc, quæ de aere est, translationem illud mihi videntur remedia pertinere, que oddis gratia passim, manipulis gestari solent, inut huiuscmodi odorantent, & sufficiunt, atque alterant aerem illam proximum, & particulæ reto, quem partum est, tum cerebro, tum cordi, in primis vero ipsi spiritibus plurimum phœnix, & vobis, & huiusmodi. Communis quadam confitidine plerique omnes, et solent pilæ ex ladano, cinnamono, myrra, caryophyllis, & alijs id genus medicamentis calidioribus, que ut modo admonuitus, suæ nativæ euaporatione in capiti infestam excitant, ac per se cor, & vniuersum corpus inflammare solent: Quamobrem hæc (ni fallor) interduas magis offere, quam prodeesse valent, & siquidem illud pro certo habendum est, quod & antea statutum, que praesertim apud predictum, aut eandem curare possunt, frigidiora, siccioraque, esse oportere, non tam p[ro]p[ter]e aliquippe leui caliditate, qua reliquis veluti viam sterat, & medicamenta eo dedit, quo expedit illa peruenire. Itaque multo magis mihi probarentur, huiusmodi pilæ ex ladano, si rebus frigidis, & siccis temperentur, rosis, violis, floribus, nymphæ, camphora, sandalis, &c.

Tem-

Tempore frigidore hoc sit exemplum. Recladani vnc. j. baccarum myrti, sandalorum, rofarum rub. flor. citri, iridis odoratæ an. drach. ij. caryophyllorum, nucis moschatae, ligni aloes an. drach. j. ambræ, moschi an. gr. v. cum oleo spicato odorato, & pauca terebinthina cypria, mis. & in commodam formam redigantur. Tempore calidore. Recladani infusa aqua rofacea, baccatum, & fol. myri, flor. rofarum, violarum, nymphæ, sandalorum an. vnc. s. camphoræ, belzini, tycras calami, ap. scrup. j. moschi. gr. iiiij. cum aqua rofacea mis. & ad finem adde parum terebinthina, qua huiusmodi mistura optimam, & vsi accommodatam formam suscipiunt. Vsurpari etiam solent pilæ tum ex argento, tum ex auro, quæ metallæ nobilissima, nonnulli putant peculiarem quandam vim obtinere aduersam rebus omnibus maleficis, venenatis, & pestilentibus; aut præterea ex ligno, quæ mihi magis probantur, atq; eo magis si è cupresso, juniper, lauro, lentisco fierent, intus cauæ, & foraminulæ, intra quas parva spongia reconditur imbuita liquore aliquo, & medicamento accommodato. Quem quidem vnum reprehendere non licet, si modo illi eadem ratio, normaque adibeatur, quam de suffumigiis, & pilis modo præscriptus. Etate igitur licebit vti aqua è rosis, è myrto, adiecto paucō aceto, rosis, sandalis, camphora, hyeme aqua ex rosis, melissa, addendo parum vini aromatici, sandala, caryophylla, & moschi pauxillum. Huiusmodi pilæ familiariter manu gestantur, s[ecundu]m aperiuntur, odorantur, & si forte præsentius impendat periculum, liquore è spongia expreso nares fouetur. Sunt tamen qui hoc loco omnia bene olentia relicitant, ut pote quæ videantur potius veneficā materiam ad interiores partes deducere, atque eiudem penetrationes iuuare: vnde isti factida potius eligunt, qualia sunt sulphur, castoreum, & cetera huiusmodi: quorum opinio probati mihi non potest, ut posterius dicam, quum sermo erit de ratione domum purgandarum. Hactenus quæ ad aerem spectant. Accedo ad cibi, potiusque rationem. Quo loco non est, ut frustra sim longior in enumetandis rebus singulis, hinc quidem probis, & proficuis, illinc vero vitiosis, & noxiis, partim quod experientia liceat vnicuique facile intelligere, quæ huius, quæve illius generis sint, partim quod cumulatam hac de re tractationem contineant medicorum libri, eorum præsertim, qui ex proposto huiusmodi argumentu tractandum sumiserunt. Quamobrem ego pauca dumtaxat quedam, & breuiter quidem annotabo, quæ ad rem, de qua agimus in præsentia, magis pertinere videntur. Tribus capitibus vniuersa ciborum ratio comprehenditur Galeno, qualitate, quantitate, videnti modo. Quod ad qualitatem attinet, sunt qui in vniuersum cibos improbat calidos, humidosque, tum acti, tum potestate, idque imminentis putredinis ratione, quæ frigida in primis, & sicca postulare videntur: quos quanquam ego puto opinionem falli, non solù in præseruandi, sed in curâ quoque ratione, ut longiori diputatione monstrauim, cum de curatione febrium malignarum, pestilentiumve scriberem: illud tamen optimū esse arbitror, ut cibaria calidiora alioqui, & humidiora ita atemperentur, & alterentur, ut tum acti, tum potestate putredinis perpetuo respiant, & præsentem, & imminentem. Itaque cibi sunt coctu faciles, minime excrementi, quique aut suapte natura, aut apparatione ad frigiditatem, & siccitatem potius vergant, quam ad oppositas qualitates: Id uno, aut altero exemplo declaramus. Carnes optimæ, puta pulli gallinacci, vituli, & similes, quarum assiduus, & familiaris est vñus, non paru abiicient humiditat, si dum coquuntur, aliquid illis adiiciatur petrofelinæ, menthae, salviae, satureiae, & rosmarinii: si dum co-

medun

meduntur, vel acero solo, vel intinētu aliquo condiantur, qualis ille est ex gr. qui parari solet ex amygdalis, acero, vel omphacio, aqua rofacea, & saccharo, non iniundus: si pariter vna cum illis assumatur aliquid citri, arancij, olearum conditrum, foeniculi, quæ familia sunt, & in promptu omnia, lusciorum, eadem est ratio: inter qua pīsana hordacea pī incipēt locum teneat, quæ tempore præsentim calidore adnūtabilem potest, & multiplicem vsum præstare. Hac item plurimum deponet hauinitatis, & aliquantum etiam nimiam frigiditatem remitteret, si vna cum hordeo decoquatur petroselinum, menta, aut si iam decocto admisceatur pipéris parum, quod in more apud Galenum interdum fuisse legimus. Pīses ego non omnino arbitror esse contemnendos, vt nonnullos proculs eos contemnere audio, si modo illi in probatis aquis, & mari potissimum degant, carne sint molli, ac friabili, ac demum sint opportune præparati. His veluti exemplis propositis, facile poterit vnuquisque suo Marte de reliqua ciborum materia decernere: nimis enim excrescerit tractatio nostra, si omnia persequi sigillatim vellemus. Quod si quis aromata euām requirit, quibus cibaria condiantur, quo tum horum humida remittatur, tum appetentia excitetur, tum etiam concoctio iuuetur, in gratiam iūiorum parci poterunt hoc exemplo. Rec. cinnamomi, gingiberis, galangæ an. vnc. s. caryophyllorum, macis, zedoariae an. drach. j. rosarum, margaritarū præpar, rafraue eboris, sem. anisorum, coriandrorum, baccarum myrti, sandalorum omniū an. drach. ij. croci. drach. s. lacchari ad pondus omnium. Hoc erit nec iniundum, nec intemperatum genus aromatū, quibus aut adiici, aut demi poterunt calida vel frigida, vt anni tempus exigere videbitur & cetera, de quib, anteā diximus. In statuā potius ratione plurimum possent natura corporis, consuetudo, ætas, regio, tum vero in primis, anni tempora, quorum omnium consideratio nūquam est omitenda. Verutamen hec vniuersum mea est sententia, pleriq; omnibus conuenire vina renua, pellucida, colore minime intensa, sed alba, aut fulua. Etenim sum ego nescius qua ratione freti nō nulli, periculis modi temporibus, vina malint eligēda esse grādia, firma, crassa, aut ab his regionib. petita, aut ab orientalibus, qualis sunt maluaticum, oppīcatū, latīcum, & sim. Quis enim dubitat, quin haec insigniter calefaciant, in caput exhalent, humores vrant, & omnino multorum malorū autores esse possint? Si quis veller, quo tempore vindimia sit, vinū medicatum sibi parare, vt prisci consueuerit, id mihi magnopere probaretur; ad quod præstandum, hyeme opportuna essent betonica, absinthium melissa, citri semina, bacca juniperi, & lata, cichoriū, sonchus, rosæ, myrti bacca: quia de re diligenter, & diffulam tractationem Diſcorides pri careris est perfecitus. Hic nō nulli nimis superstitiosi fortasse homines ipsa quoque dolia iubent confidencia ex iūpero, lentiō, fraxino, lauro, tamarice; Alij cyathos quoque ebidente vino dicatos ex iūde lignis parant, vt Germani quidam solent; non defunt & qui (vt superius diximus) occulta quadam vi prædicti videantur, quia resistere creduntur maliis omnibus veneficis, & pestilentibus. De quantitate, & vniū modo, cibis & potibus adhibendo difficile admodum est certi quicquam statuere, cum diversis hominum temperantib, & atib, consuetudinibus, & aliis conditionibus diuersa quoque, ac incerta debeatur mensura, & ratio viuendi. Attamen ego pauci quædam censeo non esse silentio prætercunda, quia fere cuius conuenire, & maiori consideratione digna esse videntur. Illud igitur vnicuiq; in primis animaduertendū est, vt cīapulam, & repletionem omnem fugiat, neq; id cōmitat vnguam, vt plus afflu-

assumār, quā propria ferat natura: ex hoc enim veluti fonte ortū ducere, ac fluere consueuerunt, cruditates, obstrunctiones, atque alia propemodum innumeræ gravissimorum morborum causæ. Præterea det operā, vt ne cibos simul ingerat plures, varios, inter se dis̄crepantes, & fortasse contraries, etenim ex huiusmodi errore fit, vt dum alius alio citius coquitur, magna oboriatur vetriculi agitatio, molestiaq; ac totius corporis quædam veluti feditio. Deniq; illam rationem, atq; ordinem seruare decet quam ratiō docet, quā Galeni, & optimi cuiusq; medici autoritas confirmat, vt primum illa sumantur, quæ facilem, & citum habent ad intestina descensum, quæque, si diutius morentur in ventriculo, facile corrumpuntur; deinde vero quæ tardius descendunt, vt omnino humida siccis, lubrica adstringentibus, facilia coctū difficilibus perpetuo præmittantur: quæ quidem præcepta cum vniuersum omni tempore, tum vero hac potissimum tempestate adeo periculosa ad sanitatis tutelam diligentissime seruanda esse videantur, vt hinc nulli non constare possit, in quanto errore versetur stolidum ganeonum vulgus, qui omni posthabita regula, & congrua vietis ratione, assiduis comedestationibus, & ebrietatibus se ē immergent, hoc impudenti ore palam allēuerantes, antidotum esse præstantissimum, quod omnis pestilentis malitia vīm infringere, ac propulsare possit. Nunc de motu, & quiete dicendum est: quod vtrunque vario vnu, & administratione corpora nostra mirum in modum afficeret nulli non constat. Porro & hic quoque, quod superius diximus, locum habet, difficile nimirum certi aliquid statui posse, cum magna ratio sit habenda ætatis, temperamenti, anni temporis, atque in primis consuetudinis. Iam vero illud vnuquisque memoria repeat, præcipuum, ac nobilissimum conseruandæ sanitatis caput in exercitatione cōsistere, modo illa ex ordine, & opportune fit, quod illo oraculo expressit Hippocrates: Labores cibos præcedat: si quis enim contra se ē exercitat, quando vel cibis ventriculus, vel humoribus vena sunt nimium referata, is maximis se obiicit periculis. Iguit vnuquisq; se ipsum, & vires suas cōsideret, ac potissimum longioris consuetudinis sit memor, quæ tantum virium habet in rebus omnibus, vt illam nunquam sine evidenti ratione immutare licet, quādoquidem speciatim nemo est, qui aut proprio, aut alieno periculo aliquādō nō sit expertus, quanti referat consuetos labores, & exercitationes prætermittere. Non tamen cōmittam, quin illud in vniuersum animaduertā pernicioſis hisce temporibus, quibus cauere homines omni studio debet ab iis rebus omnibus, quae corpora exalfacere, inflammarē, & adutere possunt, mihi haudquaque probari vehemētes, & concitatas exercitationes, quæ afferre perspe solent laſitudinē, infirmitatē, similitudinem, & alia huiusmodi incōmoda, à quibus omnino cauendum est. Instituti nostri non est in præsēntia plura de exercitatione dicere, quot, qualesue sint eius species, quænam maxime conueniens habeantur, quis cuiusque modus sit, ac terminus, quæ omnia vna cum aliis capitibus ad hanc rem pertinentibus lubens prætereō tum aliis de causis, tum ea potissimum, quod facile vnicuiq; licet haec petere ex lib. Galeni de tuenda sanitate, atq; ex lib. de arte gymnaſtica Mercurialis, quorum uterque usque adeo accurate, & eloquenter hāc rem literis, memoriāq; mandauit, vt alterius cuiuscumq; labor hac in parte superuacanēus, immo vero & temerarius omnino videri possit. Quod ad somniū & vigiliam attinet, cum somni tempore sanguis, atq; adeo humores oēs ad interiora ferātur, vt per vigilias cōtra ad exteriora, hinc fit, vt somnus internas partes reddat calidores, externas frigidiores, vigilia cōtra il-

tra illas frigidiores, has vero calidiores. Propterea statutum est apud medicos posse quidem somnum & calefacere corpora, & refrigerare, alia atque alia ratione, at humectare perpetuo, non item exsiccare, id quod vigilie nunquam non praestant. Cum igitur pro certo habeatur, pricipium putredinis fundamentum in una humiditate consistere, videtur omnis ratio persuadere vigilias in praesentia somno preferendas esse. Ego autem sic opinor, hic quoque nihil minus habendam esse modum ac mediocritatis rationem, cum utrumque sit Hippocrati, si modum exceferit, malum. Qua in re, si alias vñquam, illud sedulo est animaduertendū, quod iam saepius repetitum est, ut ratio habeatur atavis, temperamenti, atq; omnium maxime confuetudinis: qua quidem Hippocrates breibus, ut solet omnia, comprehendit. Circa somnum (air) quemadmodum ex natura, & in consuetudine est interdiu vigilandū noctu dormendum, si contra comutetur, peior est: minime vero offendit, si quis dormiat primaluce ad tertiam diei partem: qui vero ab hoc tempore somnus est, deterior est. Quem locum interpretatus Galenus, non solum (inquit) recte pronunciauit de signis per somnum, sed etiam causam eis adiecit, in habitum referens natura, quecumque vitalia sunt, contraria vero damnans, quia præter naturam existant. Ad hunc modum res ex consuetudine habet: quod enim consuetum est, bonum est, inconfuetum vero malum. At vero temporibus Hippocratis non aliud fuit ex natura, aliud ex consuetudine: nunc vero diuites è cōtra iō agunt, tum in quibusdam aliis, tum etiam in somno, interdiu dormientes, noctu vigilantes. In his igitur, ut qui soliti sunt vivere præter naturam doctrina Hippocratis nequaquam vera est: Etenim hoc tempore magis rata est consueto, quam natura, nō in mulieribus solum ditoribus, sed etiam in non paucis viris. Quem locum, quam ad somnum agrotantium in primis pertinere videtur, ego tanè arbitror ad sana etiam corpora transferri posse: quia ratione illū nos hic libenter inferimus, quod huic parti multum luminis afferre, atque illam veluti definire possit. Succedit earum rerum consideratio qua è corpore ducuntur, aut in eodem retinentur: qua quidem tum semper alias ad sanitatis tutelam magnum habet momentum, tum vero cum pestilētiae yrget suspicio, summe vñlis, summe necessaria censenda est. Quia è corpore sunt educenda multa sunt & varia, & vnde natura, vel ars humani modi vacuationes moliri soleat, partes etiam variae, ac multæ: quamobrem si parca sit, aut omnino nulla eorum euacuatio, qua euacuari oportebat, ut grauissima hinc homini impendeant mala, necesse est: Nunc mihi nō est sermo de iis euacuationibus, quas medici aliquando moliri solent venæ sectione, cœcuburulis, hærudibus, medicamentis, & alijs modis: quia de re partim superius diximus, quantum ad purgationē corporis pertinere videbatur, partim etiam inferius dicturi sumus, cū de curatione agemus: sed illas intelligo euacuationes, qua aut natura ordine sunt instituta, ut per aluum, lotium, in fœminis menses, coitū, aut licet à natura quoquomodo sint alienæ, aliquando tamen haud importune homini accide-re solet, ut hæmorrhagia per narcs, hæmorrhoides, sudor, vomitus, & alia id genus, de quibus breuiter nobis dicendū est. Primū igitur interna viscerum obstructio-nes, si qua adfuit, auferantur, vniuersa cutis, adeoque omnes corporis meatus pa-teant, ut singulis diebus vaporosa, & fuliginosa excrementsa expellantur, prompte, attrahant aerea substantia, qua natuum calorem refigerant, & ventilare cōsuevit. Ad summam corpus vniuersum ut Galeni verbis vtiamur, sit bene perspirabile, siquidē nihil que putredinē gignit, sicut, auger, atq; prohibita corporis perspira-tio: ut

tio: ut incepta prout mihi videatur illa dubitatio, qua vulgo asserti solet, an habi-tus, & constitutio corporis rarius, an densior periculis pestilentiae sit magis exposi-ta: Etenim qui ab externo aëre sibi vñque adeo caudendum putant, ut propterea mal-int cutaneos meatus, ceterosque nature duetus constipandos esse, & addringen-dos, mirum quomodo iij metu leuioris mali, quod ita vitate student, certissimis, & gravissimis periculis subiictere se non vereantur: quandoquidem nemo est qui ne-cessitat, ex leui illa aëris attractione, qua per habitum corporis, & arteriarum diastro-lem perficitur, nisi præterea accedit inspiratio, quam in pestilenti aëris statu Gale-nus precipuum mali causam esse docet, leui admodum homini periculum impen-dere, ut si nescius quid sibi velit Auicenna, qui inter homines pestilentiae maxi-mine obnoxios refert corpora dilatarorum pororum, humida, multa balneationis: quem tamen nonnulli conantur Galeno conciliare: quod quam feliciter sint asse-quuti, alij viderint. Tum vero si propter aliquem errorem in viatu commissum re-ppletionem quis sentiat, remedium omnium maxime præsentaneum est vomitus, præsertim æstiuo tempore, in gracili corpore, atque iis potissimum, qui ex consue-tudine, & facile vomere sunt iölici: si id commode fieri non potest, opportuna erit tensis vñctus ratio, ut & prandium, coenam omnino prætermittatur, aut parce ad-modum transfigatur. Ceterum non desunt homines vñque adeo incontinentes, ut ieunij loco libentius eligant uti medicamentis. Atq; hæc tria remediorum genera videntur etiam antiquis fuisse familiaria, ut repletioni, morbisq; ex eadem oriundis occurserent. Video (inquit Galenus) esse qui vacuumis gratia vomunt, ut alios, qui vñnum diem in mensie ieunant, & quosdam qui humorē hunc ventri impa-tiunt, aut viscidum, aut crassum expurgant. Quam tamen postremam vacuandi ratione grauiter ab eodem reprobaram fuisse legimus. Si medicamentis (ille ait) pur-gantibus quotidiana excrementorum procuretur euacuatio, illa hñquam apta, comodaque censenda est; quippe quæ valde indigentibus, & magnis temporum interuallis vñtis est. Adhæc superuacaneorum, qua quotidie in corpore generan-tur, euacuatio minor est, quam pro purgantibus medicamentis efficacitate, & viribus. Quod si veritus quispiā, ne multa in corpore excremēta generentur, purgationem bis, aut certe semel in mensie, adhibeat, is præter quā quod in malā consuetudinem corporis adducere etiam ipsum labefactabit, deteriorisq; reddet. Quod nobis hic libuit annotasse, ut errorem suum agnoscant, tandemque resplicant complures, qui cum alio tempore tum hac præsertim tempestate, qua pestis periculum imminet, non se-mel tantum, aut bis in mensie, sed quotidie etiam (si Diis placet) medicamenta assu-merc non verentur. Ad hæc caudendum somno studio est, ut ne qua ex naturalibus, & alijs quibuslibet consuetis excretionibus supprimatur, sed si forte opus sit, illæ iuenerit, & promoveantur, quam maxime opportune, ac leuiter possunt. Quamo-brem si cui sudorem pati solito, aut fluxum sanguinis è naribus, hæmorrhoidibus, fistulam, aut vñctus ex cauterio, suppressa hæc fuerint, aut mulieri menses, aut tale quipplam euenerit, huiusmodi vacuationes in pristinum sedulo sunt reuocandæ, aut si aliqua de causa obirent, id non potest, ad aliud remedium confugiendum est, quod earū vicem supplere possit: quod quidem præter cetera omnia sanguinis missione potissimum, ac facile consequi nos posse arbitror. Atque, ut vniuersum di-cam, quanquam illud forte à præsenti loco alicui potest alienum videri; non con-temmendū, immo vero saluberrimum, ac tutissimum remedium fore existimo, si quis ordinariā sibi euacuationem aliquam moliretur, quam diutissime feruaret, qualem

1. De diffib.
cap. 4.

Com. in lib.
de fal. diet.
2.1.

3. Apho.
com. 15.

cauteria in primis, & vesicatoria præstare solent, præsertim in infernis partibus: haec enim ratione verisimile est naturam assuetam diuersa excrementorum genera eo transmittere, corpus purius facile seruare, illudque ad concipiendam putredinem minus idoneum reddere: Id quod à Galeni sententia non est alienum scribentis à pestilenta quadam sui temporis illos omnes euasisse, quorum scatabant vccribus corpora: atq; hoc præterea tempore illud ipsum experientia satis confirmavit; quandoquidem accurata obseruatione compertum est, non solum apud nos, sed etiam apud Venetos, vt audio, Patavinos, & alios, ex infinitis pestilentia sublati, aut nulos, aut certe paucos obiisse, quibus aliquibi cauteria inuicta essent. Qua ratione autem, quibus locis, ex qua materia fieri solita sint huiusmodi tura cauteria, tum vesicatoria, nullifere non constat, & ab aliis copiose traditum est, vt fructu hoc loco non sint hæc recensenda: nisi illud forte addere velim, præter consuetos locos ad carpos, & maleolos, quibus vulgo illa solent adhiberi, nonnullos inguini, & seroto huiusmodi vlcera inutere confueuisse. Quod quidem præsidij genus si post vniuersi corporis euacuationem fiat, non alienum à ratione censemendum est, quando natu-
ram quotidie noxios humores ad eas partes facile, ac libenter propellere videmus. Coitu arbitror non esse omnino interdicendum iuuenibus, bono habiti præditis, laute degenibus, assuetis, si modo illi moderationem adhibeant: alij huiusmodi conditionibus destituti, illo proflus abstineant, ne viribus labefactatis, & spiritibus exolutis naturalis calor debilior reddatur, quam vt tanti veneni violenter obsistere possit; Cum alioqui forte verissima illa sit Pythagoræ sententia Venerem nunquam non esse molestam, minusque seraandæ valetudini accommodatam: qui (vt Laërtius scribit) semel interrogati, quando liceret viri coitu, respondit, cum aliquis se ipso imbecillior fieri cupit. Itaque, vt hanc partem duorum illustrissimum hominum autoritatem concludam, scire admodum scriptis mandauit Plato, tria in primis esse capita seruanda sanitatis, ventrem cibis non repleri, ad labores impigrum esse (quaæ duo ab Hippocrate ille sumpsit, nos autem superius persecuti sumus) se-
men denique naturæ custodiare. Postremo inter res non naturales de accidentibus, sive perturbationibus animi dicendum est; quaæ quantum momenti habeant ad corporis alterationem, & affectionem, nulli non constat, quemadmodum pariter ipsius quoque corporis passiones animum contra alterare, & afficere solent. Neque pluribus id exemplis confirmandum est, quaæ infinita proponendæ suppetant, cum nemo, aut in seipso, aut in aliis non sit plures expertus, quam tyrannidem exercitant hunc miserum hominem moror, luctitia, iracundia, metus. Posthaben-
da igitur hæc sunt, indignatio, dolor, rixa, molesta animi curæ, cogitationes, imaginaciones, atque huius præsentium mal: sed vita hilariter, & iucunde omnino tradu-
cenda, grata hominum ad cœta consuetudine, festiū lectionibus, aliisque honestis tum animi, tum corporis oblectamentis adhibitis. In primis autem spes omnis, ac malorum omnium solarium in opem, ac prouidentiam diuinam fidenter collocan-
dum est, ita vt animus sanctissima Dei Opt. Max. voluntati in omnem, euentum lubentissime acquiescat. Atque hec de vietus ratione dicta sufficiant. Iam vero instituti ordinis ratio postular, vt de altero capite dicamus, de iis nimurum medicamentis, tum interius sumendis, tum extrinsecus adhibendis, quaæ vulgo anti-
dota vocantur, quaæ ex communi omnium consensu magnam præferuntur, tam sibi vendicant. Porro si hoc loco recensere vellem remedia, & secreta, quaæ vo-
cant omnia, quaæ hac in re passim circumferuntur, non facile ad finem nostra
perueni

perueniret oratio, cum nemo sit vel ex infimâ plebe homuncio, qui magnifice de se loquens, non sine larga fronte, non audeat mirabilia de se polliceri. Ac mirum profecto est, vt in re tanti momenti, vbi agitur de vita hominis, tanta cuiilibet fides temere adhibetur; quod in aliis artibus vel vilissimis committi nequaquam soleret, nisi periculum de artificis peritia primum fiat. Sed prætermissa huiusmodi communi, & antiqua bonorum querela, ego in eam sententiam facile venio, illorum medicamentorum vsum potissimum amplectendum esse, quaæ excellentissimorum virorum demonstrauit autoritas, & longissimi temporis confirmauit experientia. Non ramen suam quoque ingenii nostrorum temporum laudem inuideo, immo illis facile permitto, vt noua pro arbitratu medicamenta conficiant, & vñi expo-
nent, modo id temere ne fiat, sed iudicio, & ratione adhibita, vt certe somnia, & vanitates omnes prætermittantur. Breibus igitur nonnulla feligo medicamenta, quaæ mihi videntur magis rationi consentanea, clarissimorum virorum autoritate firmata, & longiore hominum vñi comprobata. Addam tamen non iniuitus vnum, aut alterum ex iis, que recentiores non sine studio, atque industria inuenierunt, vt omnino habeant homines infeli ci huiusmodi tempestate copiam remediorum, ex quibus id sibi parare possint, quod temporum, locorumque opportunitas ferat. Arque vt ab iis initium sumam, quaæ ore assumentur, quaæ proprie Galeno antidota vocantur, plerique omnes primas facile tribuant theriacæ Asidromachi, & Mithridato, quaæ duo medicamenta tum aliorum, qui de his scripserunt, tum Galeni in primis testimonio vñque adeo præstant, & alia superant vt sola præsenti vñi facili facere posse videantur; cum præter hæc, nullum forte aliud remedium inuenire li-
ceat, quod vehementissimum huic malo obsistere possit; quandoquidem illa, si quid aliud pestilentem omnem formitem ac dispositionem, instar ignis mirandum in mo-
dum absument, & extinguent. Illud tamen autore Galeno est animaduertendum, De The. ad Pisc. 17. cum hæc antidoti vehementissimam agendi vim habeant, non illas esse pueris te-
mere exhibendas; atque adeo cum insigni prædicta sint caliditate, & stio tempore aut omnino omitendas, aut certe artemperandas esse, sacchate puta rosaceo, è flo-
ribus cichorijs, borraginis, aut aliqua re huiusmodi, quaæ illarum calorem remittere possit. Neque enim sententia illorum nos assentimur, qui neque iis antidotis, ne-
que vñi medicamento, quod occulta quadam potestate agat, quicquam opportune permisceri aiunt, assuerantes cuiuslibet rei mixtionem, illius vim perturbare, & impedire: Nam vt alia multa prætermittamus, quaæ hac in re afferri possent, vnius Galeni exemplum in præsenti nobis sufficit, qui scammoniam aliquando malo citoio permiscere, & assare consuevit, vt hac ratione illius medicamenti impetus, & malitia remitteretur. Quanquam nos in ea sumus sententia, quam priore etiam libro indicauimus, huiusmodi antidotos non minus latente, quam manifesta vi agere & hominibus prodeesse; quod quidem maxime ostendit singulare studium, quod Galenus ad illas conficiendas adhibere solet. Atque equidem, vt dicam quod sentio, si nos in præsentia has duas antidotos paratas haberemus, tam perfectas, atque numeris plane omnibus absolatas, quam parari antiquitus consueuerunt, diutius fortasse nobis laborandum non esset aliis remedij inuestigandis. Ar vero quoniam tum ratione simplicium medicamentorum, quibus caremus, tum ratione preparationis, tum aliis forte de causis, de quibus recentiores nonnulli prolixè scripserunt, inficias ire nemo potest, huiusmodi medicamenta, theriacam præser-
tim, ab antiqua perfectione plurimum deficere, (namque vt alia omissam non-

In lib.
Ant.

De Tber. ad siftere, quod minime fallax Galeno indicium fuit quo opitam dignoscerer, atque ab adulterina discerneretur multi propterea non injuria alia sibi proponunt ineucti-ganda medicamenta, que quam maximam habeant vim, & efficacia in praefer-
dandi homines à tanto discrimine. Veruntamen vltimque se res habeat, ego in ea sum
opinione, posse nos, ac debere iis ipsiis vti medicamentis, vt antea diximus, praefer-
tim Mithridato, quod priuatim in hac ciuitate haberi non dubito clarissimorum
medicorum consilio paratum in nobili, & honorata aromataria sub insignibus An-
geli, & Sarraceni; quod quidem non dixerim supremam illam obtinuisse perfectio-
nem, cum desiderare fortasse, recipi p̄t̄stare non possumus, at certe tanta fuisse
cum diligentia tractatum, vt si non quodvis aliud superar, non tamē a quovis
alio superari illud existimemus. Alterum post h̄c reperitur theriaca genus, origine
antiquissimum, quod Galenus in autorem Apollonium Murem referit. Plinius ve-
ro in Mithridatem, his verbis: In sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti Cn.

*Lib. 13. c. 8. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antido-
ti, è duabus nucibus siccis, item siccis totidem, & rutæ foliis viginti simul tritis, ad-
ditio salis grano: Et qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturn illo die.*

Hac etiam Atque hāq̄ hāq̄ seculum, familiare, facile, & tantorum vitorum testimonio celebratum. Est p̄-
terea aliud genus theriaca Mesue autore, quam diatesaron appellat, quod ex qua-
tuor rebus conficiatur, gentiana, baccis lauri, Mirtha, arifolochia rotunda, æquis
omnium portionibus: Huic addunc nonnulli ebur, & appellant theriacam diapen-
tē, atque hāq̄ fortasse illa ipsa est, quam sub magna theriacæ nomine circunforanei
pasim venditare solent; Optima quidem, sed amara, & calidior aliquanto illa est,
quocirca decocto aliquo, aut condito, aut alio medicamento frigidiore temperan-
da. Quo loco id non reticebo, cum iam bienniū rus quoddam apud nos, Caltranum
appellant, p̄fite grauiter correptum esset, homines miseris alioqui, & inopes, & ita
vino ex nostris medicis consulente, cum præseruando, tum curando, hoc uno reme-
dio in puluerem redacto, vlos fuisse, & quidem non sine insigni emolumento. Vnde
etiam breui (que summa in illos fuit Dei Opr. Max. beneficentia) à gravi pernicie
sunt liberati. Postponenda forte iis nō est theriaca, sive antidotus Hippocratis, cu-
ius vſu diuinus ille vir (vt Actuarius refert) Athenas à pestilenti contagione popu-
latim grastante mirabiliter liberavit. Illius descriptionem hic subiūcere non graua-
bitur, vi in prompti sit iis quoque, quibus eandē ex fonte haurire non licet. Rec.
comp. medic.

calami odorati, junci odorati, herbae fabiae an. vnc. iiiij. viticis seminis, cardamomi,
cyperi, crocomagnatis an. vnc. v. nardi celtica lib. s. af palathia vnc. viij. pilularum cu-
pressi rosarum an. vnc. iij. ladani, myrrhae, thuris an. lib. j. baccas iuniperi parvas xl.
Hæc vna tunduntur priuatim: nardi spicæ lib. s. costi vnc. iiij. folij vnc. viij. casiae lib.
samomi vnc. iij. Et hæc seorsum teruntur: masticæ vnc. iiiij. Hoc priuatim item
atteritur: stiracis vnc. x. stirax paulatim adiicitur preciosis bellariis: terebinthinae
lib. iiij. mellis Attici lib. v. vini veteris quantum sufficiet ad bellaria maceranda. con-
ficiuntur pure, melle excepta. Ad hæc prætermittenda non est antidotus ex duabus
partibus aloes, duabus item ammoniaci thymianatis, vna myrrhae, adiecio vino
aromatico (vulgo pilulas vocante de tribus contra pestem) Huius autor censetur
Ruphus medicus vetustissimus, qui de illius vi arque efficacia magnifice admodum
loquens Haud scio (inquit) an quispiā hac p̄t̄ione vſus pestē non euaserit. Et profe-
cto in

Pau. lib. 2. 36.

eto inter antidota omnia hoc nos m̄ni facimus, quod illud facile admodum, tu-
tumq; sit, & nullam prorsus homini molestiam, turbationem, sive aliud incommo-
dum affere soleat. Patui illud refert, opinor, vtrouis modo, utramur hac antidoto,
sive sub pilalarum forma, vt iam passim vſupatur, sive potionis, quod videtur vo-
luisse Ruphus, & qui à Rupho desumpit, Paulus: Illud ramen magni referre arbit-
rot, si quis aut simplicia medicamenta, aut eorum dosim, quantitatemy invertat,
quod Arabes faciunt, ac nostras multi. Qua de re ab aliis animaduera frustra hic
plura non sunt repetenda. Postremo prætereundus non est lapis Armenus, de cuius
singulari vi, ac præstantiis illustri admodum testimonio; In magna hac pestilentia
9. *Defimpl. med. fac.*

(ait Galenus) cuius eadem facies fuit, atq; eius que Thucydidis memoria grasa-
batur, quotquot hoc medicamentum bibere, celeriter curati sunt; at quibus non pro-
fuit, omnes interiere, scilicet cum nec alio quoquis iuarentur; unde colligitur, quod
iis duntaxat non fuerit auxilio, qui plane erant incurabiles. Alij terram lemniam,
tanquam illius germanam, ad præsentem vſum addendam esse censem, quanquam
Gal. longiori historia huius medicamenti ortum, conficiendi modū, ac vſum mul-
tipliciter referens, nullibi pestilentia mentionem facit: quod tamen excellenti sic-
candi vi pollet, ac speciatim illam ad viperas; atque adeo omnes ferarum mortus,
item aduersus alia venena plurimum valere traditum sit, illius vſum vna cum bolo
Armena libenter nos suscipimus, si modo vtrraq; legitima, & sincera ad nos perue-
nit: quandoquidem si vulgarium que circumferuntur, colore, substantiam, &
singulas conditions accurate confidere possemus, & cum iis conferamus, que veteres, in
primis Galenus, de huiusmodi medicamentis triderunt, illa magis illegitima, ac
minime sincera esse, vt fateamur, necesse est. Quod si quis certiorē determinatio-
nem desiderat, herbarios nostri temporis aedat, qui hac de re diffuse, & ex proposi-
to disputare solent. Lapii Bezoar, sive Bezaat, cornui Monocerotis, lapidi in cer-
vorum oculorum angulis oriundo, ossi de corde cerui, & aliis, si que sunt, preciosis
huiusmodi antidoris contra pestilentia, atque adeo venena omnia tantas vires ple-
rique attribuunt, vt cæteris non modo simplicibus huiuscæ facultatis medicamen-
tis, sed ipsi etiam theriacæ, & alteri cuius antidotio illa preferre non vereantur. Sed
longius de iis nobis agendum non est, quod non solum omnia inueniunt sint diffi-
cilia, & omnino rariora, sed nonnulli etiam rerum naturalium studiosi, & peritos
illa pro maiori parte commentitia, & fabulosa esse velint. Sunt vulgares, & nemini
ignorē pilule Joannis Damafeni, quas medici recentiores summis laudibus extol-
lunt, quod tum à pestilenti præseruare homines possint, tum alios non cōtemnē-
dos vſus præstare: quas equidem huic vſui satis accōmodatas, neq; reiiciendas esse
existim. Ioannes Manardus superiorē tempore doctrina, & existimatione illuftris
medicus, quasi diffidens vulgatis theriacis, aliam afferit antidotum, quæ sic haberet.

Rec. sanguinis siccii anatis maris, anatis femininæ, anseris, hoodie, ruta filiuistris,
sem. fæniculi, cymini, anethi, napi filiuistris, vel si non habetur, napi, vel rapi an.
drach. iij. rad. gentianæ, trifolijs, quinianti, thuris, rosarum siccatum an. drach. iiiij. pi-
peris albi, & longi, costi, phu, anisorum, cinnamomi an. drach. ij. myrrhae, nardi
an. drach. vj. belzoin, assati, ammoniaci an. drach. iiij. mari, agarici an. drach. ij. carpo-
balsami gr. num. xx. ireos, croci, rhabarbari, thapontici, gingiberis, masticis an.
drach. j. stœchados drach. v. fiat tenuissimus puluisculus ex omnibus, & cum qua-
druplo mellis electi, beneque expumati commisceatur; & in vase argenti purissi-
mi veluti thesaurus preciosissimus conseretur: Non solum enim in pestilentia

vtile est, sed & venenis vniuersis, ac serpentum mortisibus summe aduersatur.

2. De Antid.

Hæc tenus Manardus. Cuius quidem medicamenti nos meminisse voluimus, tum ob virtù autoritatem summam, tum præfectum quod illud ex Gal. desumptum est, dum ille antidotum describit è sanguinibus, ad mentem Damocratis, quæ ab hac Manardi non aliter distat, quam quod amplior est, & copiosior. Apud Hispanos, & Gallos frequens est v̄lus medicamentum, quod audio tanquam singulare praesidium à Philippo Rege missum fuisse ad Carolum IX. Gallia Regem anno M.D. L X IIII, quo tempore pestis fere vniuersum hoc regnū occupauerat. Id vero constat è myrra, xyloaloce, terræ sigillata, boli Armena, præparata, maceris, caryophyllorum, croci an. vnc. j. Ex quibus sit tenuissimus puluis, quem exestate sumendum præcipiunt ex aqua rosacea, & succo limonum, hyeme autem ex vino odorato. Si quis antidotum, sive praesidium aliquod experit forma liquidi, prostant syr. de succo acetosa, acetosus simpl. de scordio, de corticibus, de acetositate citri: Nonnulli è quatuor partibus sapæ, mellis despumati duab. aceti vna, aliud præparant tum familiare, ac satis gratum, tum vero quam optimum, sive solum vñrperut, sive decoctum aliquod opportunitum addatur: Egū aliquid syrupi de scordio lubens adiciam. Sed hac in re ne sim lōgior, ex iis quæ hæc tenus diximus, satis arbitror vnicuique facile, ac promptum futurum esse, vt suo Marte diuersa medicamenta conficiat, quacunque tandem forma, vt occasio feret. Neque enim, vt ante diximus, nos iū sumus, qui nouas compositiones contemendas, autoresque propria laude defraudandos esse velimis si modo iudicium, & ratio adhibeatur, neque inconsiderate, & temere omnia confundantur. At vero pleni sunt huiusmodi medicamentis libri medicorum, ex quibus tum hæc petere licet, tum copiosam simplicium medicamentorum syluanam, quæ vel manifestis qualitatibus, vel occulta quadam proprietate præsenti vñsi conuenire creduntur: cuiusmodi hæc sunt calendula vocata, quam recentiores nonnulli Virgilij & Pliniij caltham existimant melissa, menta, carduus benedictus, chamedrys, pentaphyllum, pimpinella, radix myrrhidis à Dioscoride, aliusque tantopere celebrata, aristochloæ ror. angelica, tormentilla; semina citri, thlaspeos nasturtij, eburi, cornu cerui, & alta sexenta, quæ superuacaneum foret longiori perseQUI oratione. In quo quidem tum simplicium, tum compositorum medicamentorum vñli illud cum Gal. animaduertendum est, ne diutius vni tantu m̄ insistamus, sed illo posthabito ad aliud quandoque transeamus; quando natura vni medicamento longiori temporis spatii afflcta solet eius vim contemnere, & parum ex eo capere emolumenti. Hæc tenus de antidotis, ac de iis medicamentis, quæ intrinsecus assumentur. Quo loco rogatos omnes velim, vt parumper seipso colligant, & accurate expendant, quæ tandem causa, quæ ratio cogat, vt ne in vñli medicamenta hæc revocare velimus, quæ tum ratio demonstravit, tum illustrium tot virorum autoritas iamdiu comprobauit, sed malitius alii quibusdam fidem adhibere, eaq; nostro cum periculo experiri, quæ secerat isti appellant, & quæ non ratione tantu m̄ iudicio, omnique proflus artificio parent, sed suapte natura interdum vñque adeo turpi sunt, sordida & inhonestata, vt ingenuus quicunque, & politicus homo abhorrete ab iis debeat, non solum quibus ipse vtatur, sed quorum etiam commemoratione offendatur. Quid turpius quam vrinæ humanae potum meditari? quam tamē nonnulli hac tempestate commendant, quanquam remedium non omnino recens; cum vel ipse Gal. scriperit, peste Syriani occuperante nonnullos vrinæ puerorum, virorumque epota sanatos se hac ratione existimasse; cuius vñli tanquam abominandum idem determinatur,

*3. De Tuenda
san.c.9.*

*20. De simpl
medic.*

statut, referens virum quendam ingenium, & bonis moribus ornatum in ea pestilenti laborante vñli tam sordida remedijs respulisse, vt ne pueri quidem vrinam sumere voluerit. At vero (dictu horrible) isti (vt audio) vrinam vel maxime polluta commendant, ac (si Diis placet) coruum quoque, qui iam peste sunt correpti. Quid de illo dicam, qui Venetis proximo hoc tempore proposuit sumendum puluerem ex ipsa pestilentum carbunculorum materia adiecta planta quadam ab eodem smartella nuncupata, rebusque aliis arcans nescio quibus? Quid quod admirandam antidotum (vt neque id prætermittatur) assumendam ille iussit quarta, ante ecenam hora, quæ potissimum prandij cibis concoquendis est destinata: vt hac ratione inuertantur, & contaminentur omnia. O sacerd, ô mores. Neque enim ab exclamatione continere me possum, quando in re tam serua, qua de hominum vita, qua de Reip. salute agitur, vñque adeo inertes, & somniculosi sumus, ne quid grauius dicam. Hippoc. grauissima est sententia qui omnia cum ratione facit, quamquam rationi consentaneus non sequitur eventus, hunc non debere à proposito deterteri. Contra vero Auic. scripti, qui absque ratione operatur, huic in opere 4.6.1. diuinus persistendum non esse, quamvis in præsentia nihil inde periculi, aut incommodo sequi videatur: quod eo dictum volui, vt prudentes viri intelligent, si alias vñquam, hac in re potissimum grauiter, & diligenter studium adhibendum esse, vt illum vñusquisque sibi eligat tum vietus, tum aliorum praesidiorum modum, quem ratio monstrat, quem summorum virorum testimonia comprobant.

Sed transeamus ad ea medicamenta, quæ extra adhiberi solent.

Cum antea de sufficiis, aliusque remedii actum sit, quæ ad alterandum acriem pertinent, iam non videntur restare alia tractanda præsidia, quam quæ cordis regioni potissimum applicari solent.

Hæc autem cum diuersas plane formas recipere possint, plerunque tamen, aut humidiore consistentia parantur, aut arida: illa epithemata cordialia appellantur, haec sacculos, quod purpureo in primis serico inuoluantur. Quod si memoria repetantur, quæ superius tradita sunt, facile vñusquisque de iis quoque iudicium feret; cuū enim illud vñli sit nobis propositum, vt cor ipsum roboremus, quo valeat veneni incursum resistere, huiusmodi autem venenum non nisi excellenti putredine constet, illa procu dubio medicamenta presenti vñli accōmodata esse sensenda sunt, quæ putredinem repellere, ac prohibere possunt. Atque de iis satis, superque fortasse diximus. Veruntamen in gratiam nouitorum vñli, aut alterum exemplum adiicere non grauabitur. Tempore calidiorum drach. j.s. coralium remp. drach. s.aceti rolacei parum misc. Tempore frigidiorum rec. aq. melisse, flor citri, borraginis an. vnc. iiiij. sp. aromatici rosacei drach. j. diambrae drach. s. aceti parum, misc. Quoniam vero difficulter, & incommode homines huiusmodi epithematis vti possunt, propterea libentius ad alteram medicamentorum formam configunt. Nonnulli Mithridatum commendant, & Theriacam, quibus non solum regia cordis, sed vñli etiam corpus obliniantur, si maius vrgat periculum; quoru m equidem vñli non improbo, modò vñchementis eorum caliditas re aliqua frigidore tēperetur, sed ita tamē, vt perpetuo ratio temporum habeatur, & aliorum, quo cuū antea sapere meminimus. Alij mirum in modum celebrant oleum ex scorponibus, non illud vulgare, quod passim officinæ habent, sed quod Caranæ appellant, & quod summis Pontificibus, & principibus viris acceptum referunt; quo inunctis pulsanti-

*2. Aph. 52.
Lib. 1. sen.*

bus temporum, manuum, & pedum arteriis, atque in primis regione cordis non modo peste affectos iuvant, sed sanos etiam præseruant alunt. Alij alii vntuntur. Cæterum maxime omnium, ac frequentissime exoptari ab omnibus, & usurpari solent faculi: Inter quos potissimum celebres habentur ij, qui ex arsenico, rifagallo, sulfato, aut alio id genus præsentaneo veneno iamdiu fieri consueverunt. Ita narranti historiographi Hadrianum Pontificem hoc vno remedio à gravi illa peste sibi cauisse; quæ mox opera cuiusdam Græculi solenni quodam, ac veluti prodigioso tauri facto sacrificio inrabiliter finem sortita est. Sic referunt apud Turcas, primates præsertim, maximum ac frequentissimum esse huiusmodi remedio locum: id quod particulatim assuerantem audiui Reuerendiss. ac Illustriss. Episcopum Aquensem Gallum, qui multos annos pro suo Rego Constantinopoli legatum egit, dum proximo hoc tempore, quo Venetia, ac Patauum pestilenta laborarunt, diutius Vicentia moratus est: quinimo ipse metu huiusmodi sacculum confidenter, ac religiose gestare solitus fuerat, tanquam certissimum, tutissimumque omnipium remedium. Iam vero sine Illustrissimam urbem Venetiarum species, sive alios quoscunque locos, nullibi fortasse remedium inuenies hoc pluris estimatum, aut magis visitatum; quandoquidem illud non modo communis fere omnium-consensione, sed vel sumorum virorum vsu, atque autoritate iamdiu confirmatum esse videtur. Cæterum cum oppositam ego sententiam sequatur, qui vsum huiusmodi præsidij amplecti nurquam potui, liceat mihi hanc rem totam examini subiicere, ac paulisper digredi, vt si non cæteris, mihi saltem ipse satisfaciā. Doctiores, qui huiuscmodi sacculorum causam agunt, vehementer in primis siccitatem afferunt, qua venenosa omnis materia exhauriatur, absumaturque: Cum enim deleteria hac medicamenta vim adarentem obtineant, rationi consentaneum esse aiunt, vt illa, sicut ignis possint omnem putredinem absumere. Sic Gal. aliquando ea carbunculis pestilentialibus admouisse legimus: quem deinceps nobiliores chirurgi sunt imitati, non alia prorsus ratione, quam ut maxima, extremaque siccitate maximam, extremaque eorum humiditatem absument, putredinemq; auferant. Alij ad occultas proprietates configunt, statuentes hæc venena peculiari quadam, ac latente vi quolibet venenum ad se trahere, quemadmodum medicamenta hunc, vel illum humorem speciatim trahere solent. Ita viperam animal plane venenosum theriae confidetæ opportune commisceri docent, quod occulta quadam vi, ac proprietate mortiferum omne virus illa ad se trahat, atque illud præsertim, quod ex mortufo eiusdem viperæ ortum fuerit. Pariter scribunt nonnulli vespas, crabrones, scorpiones, & alia forte malefica animalia tum iætus, tum salutis iætui superimposta autores esse. Sic exat elegans illud epigramma apud Ausonium in mulierem, quæ viro toxicum exhibuit, & quo ille celerius interiret, argentinum viuum adiecit, quæ vtriusq; veneni mixtio, veluti quoddam antidotum illi misero salutem attulit.

Quam pia cura Deum! prodest crudelior vxor,

Et cum fata volunt, bina venena iuvant.

^{3. De simp. med. cap. 13. & al. sep.} Sed ad grauiores testes accedo. Gal. ipse non videtur, ab ista opinione abhorruif- fe, qui scriptum reliquit licere interdum antidotis deleteria medicamenta permisere; vñus 'cantharidum' exemplo, quæ commode iis medicamentis adiiciuntur, quæ vñae ciendæ sunt accommodata. Idemq; alias lepræ curationem instituens, etiam atque etiam commendat vñum viperarum, vt singulare quoddam remedium experientia confirmatum, quorundam leprosorum historiam referens, qui hoc

vno

vno auxilio forte fortuna oblato n. qibiliter sunt persanati. Quid plura? Nonne ^{11. de simp. lib.} Princip. lib. quotidianæ purgantia medicamenta nos exhibemus, quæ, si Gal. & optimis quibus que medicis credimus, deleteria sunt, & naturæ humanæ speciatim inimica? Postremo afferunt aduersarii multiplicem experientiam, conflatuerit assuerantes infinitos vbique vel in grauissimis pestilentialibus periculis versatos, hoc vno egregio præsidio superstites fuisse. Atque haec potissimum videntur esse rationes, quæ afferri hac in re solent; quas quidem quamus veras, & demonstrativas esse concederem, ego tamen existimo non satis ad rem præsentem facere, cum sermo si institutus de præservatione, ac de iis corporibus, quæ diuino manere adhuc sana degunt, atque ab omni veneno, & pestifero affectu sunt penitus aliena. Atque profecto si sermo de curatione forer, aut de iis corporibus, quæ re ipsa veneno infecta sunt, probabiliora hæc essent. Verū illud affirmare non vereor, huiusmodi rationes voluntariae, & apparentes esse potius, quam veras. Quod enī pertinet ad summā illam siccitatem, vnde pestiferum omnem humorem facile absumi censem, isti meminissent velim, huiusmodi venena haec potissimum ratione esse hominibus noxia & maleficia, quod maximam, extremamque tum siccandi, tum calefaciendi vim habeant; vnde sive incus sumpta, sive extrinsecus apposita mirum in modum excalfacere, vrete, corrodere, partes abuinam diuidere, atque adeo interitum afferre consueverunt: quanquam neque id negare velim, non modo excessu qualitatem illa ageat, sed latente etiam quadam proprietate, quam specificam formam nominant. Neque vero Gal. exemplum huius rei videtur satis accommodatum, qui medicamenta isthæc deleteria carbunculis admouere non est veritus: etenim præter quam quod aliorum salutarium medicamentorum mixtione omnis fere eorum vis malefica facile remittitur, iam virgente vehementissima putredine illorum vñus minime importunus censendum est. Ad quem certe modum in dyfenteria quoque, si adiant vñcera putrida, maligna, & depascientia, veteres, atque ipse in primis Gal. calcem vñiam, sandaracam, æs vñum, & alia eiusmodi clysteribus iniicere solent. At vero si cordi hæc apponantur, vbi nulla est excedens humiditas, & putredo, in quam suam vim exercere possint, atque eo magis si nullis medicamentis frigidis, siccis, & odoratis corriganter (quod certe minori cum periculo feret) non aliud arbitror, dē iis sperandum est, quam de nonnullis exhibitis medicamentis, quæ si forte purgatione frustrantur, in corruptionem aliquando, & tanquam venenum verti docet Gal. quorum ea est natura (vt Plinius verbis utatur) vt hominem occidant, nisi inuenient, quod in homine perimant. Quod si qualitatibus temperatis, ac plane benignis, atque adeo medicamentis ex terra forma salutaribus hoc ipsum, quod volumus, consequi nobis licet, quamobrem qualitatibus intemperatis, malignis, ac medicamentis in vñiuersum pernicioſis agendum est: Qui proprietates occultas introducunt, quod frequentius quam velle, fieri audio, ab omni difficultate, & negotio facile se explicant: Veruntamen si præclaræ isthæc antidota facultatem habent trahendi ad se quamlibet materiam venenatam, & pestilentem, vt ita somniant, assuerantes quicquid reperitur in aëre pestiferum, tanquam ad sui simile natura ferri, sicuti à maiori flamma minor trahi, & à maiori lumine minus obscurari solet, tantum abest, vt illa ad cor applicanda sint, vt contra magis omnis ratio colligat, ea quam longissime à corde, vel in ipsis adeo calcaneis collocanda esse, vt hac veluti auerione quadam cor ab omni labe liberum seruerat. Immo vero longe præstet non modo ad vnius, vel alterius hominis præservationem, sed ad totius

E 5 Reip.

Reip. commodum isthac venena copiose, & variis in locis spargere, vt hac ratione omnia contagij semina eo colligantur, perinde ac solet à nonnullis lac in cubitalis asseruari, quo se vndique muscae colligant, vt hac ratione illarum molestiam vitent. Atqui si arsenicum, carteraque huiusmodi venena admirabilem hanc latenter prærogatiuam sortita sunt, vt alia ad se venenam attrahant, veluti magnes ferum trahit, & medicamenta varios humores, mirum cur tot docti homines illud silentio præterierint, qui de magnete, deque medicamentis purgantibus scripserunt: mirum cur id experimento non facile constet, vt alij admirabiles naturæ euentus constare solent. Quod ad viperam spectat theriacæ iniectionem, respondere ex Galen. possem, theriacam olim sine viperis confici consueisse, neque mirum illi vim aduersus venena omnia defuisse. Andromachum primum omnium de iis animalibus adiciendi cogitasse, quo efficacius redderet medicamentum. Verum enim vero nemini dubium esse arbitror, theriacæ viperam non quidem tanquam venenum admiseri, cum ipse antidoti autor summa cum diligentia, ac religiose venenosas viperæ partes abscondendas esse doceat, qua ratione preparata tantum abest, vt detrimentum, ac periculum aliquod affere possit, vt illam Galen. exemplo elephanticis, aliisque nonnullis morbis non sine admirabili commodo nos saper numero exhibere non vereamur. Quin immo Gal. ac veteribus medicis venenatas omnes viperæ partes accurate abscondentibus, non leue hinc argumentum colligere nos posse videmur, antidotis conficiendis à veneno semper abstinentum esse, quando si huiusmodi mixtio liceret, non erat cur illi non venenatas à venenatis viperæ partes seligerent, & separarent. Quod de scorpione afferunt, ceterisque animalibus, quæ iictus proprios super imposita curant, in quorum numero viperæ quoque, & alia nonnulla reponuntur à Gal. non multum momenti habet: facile nanque, & vere fateri possumus, id ex arcana, & occulta quadam proprietate fieri, quam quidem procul dubio refutare non licet, si modo plurimum scriptorum autoritate, & obfuratione comprobetur. Sed Gal. alias huius rei causam afferentes legimus, qui hoc ipsum querens, quod plerisque admirabile videtur, quo pacto eadem animalia, quæ nobis inimica sunt, & hominem cito perirent, si ipsorum mortibus imponantur: auxilio esse possint, & sola hominem ab ea noxa seruare, reiectaque nonnullorum response, qua sola experientia nitebatur.

De ther. ad Pif. c. 10. At vero (inquit) nos, qui studio (ni fallor) maiorem artem prosequimur, & evenitus duntaxat inspicere idiotarum more nolumus, experientiam non explodimus, & illi rationem, cum licet, accommodantes, perfectam hunc in modum, & rationabiliter necessario artem obtinemus: qui non eo tantum operam damus, quo ut res fit, inueniamus, sed quo utile aliiquid ad curationem ex inuentis addiscamus. Igitur hic quoque ratione certabimus, vt huius euentus causam inueniamus. Mirum quippe est, dum studium eius inquisitioni adhibetur, vt ille quoque ex facilis, tanquam par pari referens celeriter inuenitur. Atque vt maiorem orationi fidem apud te comparé, ab aliis quibusdam, quæ re ipsa manifeste conspicuntur demonstrationem conficiam, tum quæ extrinsecus tantum adhibentur, tum quæ per os sumuntur. Nam eos, qui à crocodilis sunt demorsi, illo ipso adipe vulneribus imposito summa adjutoria esse nouimus. Atque muris aranei morsus, qui & ipsi interficiunt, ab eodem araneo mure contrito, & applicato citra dolorem sanantur. Eodem modo qui à viperis sunt commorsi, periculum effugiant, si quis illarum attributa corpora vulneribus imponat. Quæ nostra quidem sententia non absque ratione eueniunt,

eueniunt, vt dicebam, cum autem vim non habeant ut interimere possint, tum vero per distributionem facultatis, quæ sese in corporis profunditatem infundat (vt sane etiam in cataplasmatis idem euenire conspicimus) facultas eorum corporibus insita ad moderationem redigatur, & sanare consequenter, non occidere possit. Haecenus Gal. cuius verba nos latina facete maluimus, quam ex aliqua vulgarata versione recitate, quod ea mihi obscurius reddit, tum vero alicubi depravata viderentur. Quod facile intelligit, qui hæc cum Graeca lectione conferre voluerit. Nam (vt alia omittam) error ille Martiani non leuis est, dum post mentionem de viperis, refert animalia venenata non habere tantam vim, ut illico necare possint, cum tamen Gal. simpliciter dicat illa necare non posse. Qua eadem licentia paulo inferius addit, (paulatim.) Quid quod ubi Graece habetur *Διάφορα* Latine legitur virus? Quid quod nonnulla cataplasmatis tribuantur, quæ venenatis animalibus erant tribuenda nisi velimus totam eius loci sententiam obscurare, atque peruertere? Quæ nos hic annotare voluimus, vt lucem præsenti loco afferremus, cum neque Io. Baptista Rasarius interpres alioqui disertissimus tum alia fortasse, tum hæc præserrim errata videatur, satis animaduertisse. Ut hinc studio Lectori plane constare possit non esse fidem interpretibus vbique temere adhibendam. Aufonium præstantiorem poëtam, quem medicum fuisse credimus; Et enim reuera argentum viu inter venena recentendum non est; namque prætermissa autoritate Auicen, & aliorum, qui hoc attestantur, experientia plane idem confirmat, cum vel pueri modicam illius quantitatem saper numero assument, viri plurimam, non ad drachmas tantum, auruncias, sed ad libram quoque, & nullo quidem cum periculo: si quidem lubrica substantia, & graui pondere ad inferna facile delabitur; quam certe ob causam forse euenit, vt bonus ille vir, de quo exrat epigramma, potu argenti viu à veneno, & à morte fuerit liberatus, quod nimis toxicum illud viam fecerit, secumque è corpore eduxerit, vt vim suam exercere non poterit: quæ vna est ratio de duabus præcipuis, quibus autore Gal. huiusmodi medicamenta deleteria, & corrodentia hominem non interimunt, nimisrum quando yna cum excrementis è corpore egreditur prius, quam iniuria corpus afficiant. Sed vt proprius accedam ad principale caput huius disputationis, liceat ne venena medicamentis admiseri, quod à Gal. sententia non omnino videtur alienum, ego nunquam id licere censeo, nisi forte venenum ipsum ita sit vel mole exiguum, vel salutaribus medicamentis admixtum, atque adeo correctum, vt vim omnem maleficam pepitus deponat. Hac ratione Gal. viperam theriacæ adquisiens, aut elephanticis exhibens, accurate modum præscribit, quo illa patetur, vt ei venenum omne eximatur. Quod si quis obicit historiam eorum, qui referente Gal. ab elephantiâ liberati sunt haustu vini, in quo viperæ fuerant infestate, quæ veneno proculdubio non caretant; huic responderem vimum antidoti vicem subiisse, utpote quod eius animalis frigiditatem, & siccitatem summam facile portuerit, obtundere: quæquam (vt id obiret admoneam) quid hac de re dicam, haud plane habeo. Hinc enī audio Galenum assuerantem plures elephanticos, atq; ex iis nonnullos inuerterato morbo laborantes, odoratu graues, asperci fœdos, adeoque præpter contagium ipsorum confusitudine iam familiaribus quibusdam contaminatis ab aliorum commercio segregatos, brevi, & facile fuisse persanatos: Inde vero si rem ipsam & illistrum omnium medicorum testimonium animaduertimus, huiusmodi malum graue admodum esse, & prope ex eorum numero, quæ inca

incubilia existunt, ut fateamur necesse est. Quæso enim quomodo intemperies principalium membrorum, iecinoris præsertim, qua vere est morbus, quomodo multi vndique tumores, nodique graues, & difficiles, qui veros elephanticos perpeñi comitantur, vno, aut altero vni haustu protinus dissoluui potuerunt?

Ad summam si medicorum omnium consensu elephas non aliud est, quam cancer viuueri corporis, quâ fieri potest, ut tam facile curationem admittat, si quidem cancer vnâ particulam occupante, nullus fere est remedio locus. Præterea deum si tanta est huius antidoti, & vini medicati vis, & efficacia, si ea est morbi imbecillitas, atque illius curandi facilitas quamobrem nullus vere elephanticus nostro hoc tempore sanatur? quando nobis præsto sunt viperæ, atque ex iis paratae antidoti, trochisci, sal theriacum, theriaca ipsa, vt sanguinis missionem, purgationem, & alia præsidia prætermittamus, quæ tamen tanto curando morbo non sufficere compertum est: id quod ad excitandum, & exercendum studiosi lectoris ingeniam volui breuiter animaduertisse. Postremo quotidie medici varia ægrotantib. exhibent medicamenta, quæ à natura veneni haud sunt aliena, sed illa ita correcta & castigata, ut non iâ abesse, sed prodeesse, ac multa hominibus cōmoda affere soleant.

*De The. ad
Pist. 10.* Verum vt rē omnem tandem colliganus, Gal. loquente audiamus, qui facile omnem hac in re dubitationem tollere potest. Id vero (ille ait) quod in theriaca euenit, magnifica magis obtinet rationē. Dico enim propreterea lethales has feras iis opiculat, quos momordint, quia plurimū lethalis facultatis, quæ in ipsis est, caputibus ablatis vna abscinditur, tum etiam quia facultatem, quæ in aliis ipsarum partium relinquitur, nos apparatione obtundimus, cuæ eas elicitus, & non parvū fatis, & anesthi aquæ admisceamus: quam rerum huiusmodi misteria non suavitatis solius gratia facimus, sed quo corpora eliquem, atque ita efficiamus, vt ea parum, aut nihil omnino veneni habeant. Ac plurimum illi facultatis ad iuandū apparatus præstat. Tot igitur, ac talibus admistæ medicamentis ha feræ, qua iam amplius ratione interficere possint, exoluta quæ in ipsis est, corruptrice prauitate? Præterea verior quoque apparet oratio, si & in rebus nonnullis similibus eius demonstrationem confecerimus. Etenim cantharis, siquidem sola exhibetur, vescicam exulcerat, & inimicum eius medicamentum existit, & hominem validâ facultate sè penumero interficit; at si rebus aliis quibusdam admisceatur, rursum eiusdem vescicæ remedium evadit, & vrinam cire magnopere potest. Succum papaneris lethalem esse, si solus bibatur, nemo mihi videtur ignorare: idem quin alii quibusdam rebus apparatus, per se ægrotantibus, opena fert, ita vt saluberrimum sit illis medicamentum: quippe phreniticorum deliria non raro strenue persanauit, & quibus vigilæ viræ deicerant, hos somno conciliato, mirum in modum recreauit. Quos phalangia momordint, eadem communata, & ex vino ebibita liberant à pernicie. Ut ex hoc maxime possit ei, quod à me dicitur, fidem adhibere. Etenim si solum vim feris admistum est in causa, vt periculum ab iis ipsis feris inspendens euitetur, nimirum ipsa quoque theriaca, quæ ex rot., talibusque rebus apparatus habet, salutare quoddam potius medicamentum evaudit, quam lethale. Nosse namque oportet, id in medicamentorum missionibus euenire, vt non seruetur missæ cuiusque rei facultas, eadem manens, & impermutata, sed vno quadam fiat rerum vitriatum, totò earum temperamento per rotas permisto, & vna quadam alia facultate ex iis affecta. Haec tenus Gal. cuius sententia si quis non libenter acquiescit, si cœti in aliis quoque rebus omnibus, quæ ad artem medicam spectant, huic sanior mens.

mens optanda est. Quamobrem si medicamentis venenum, qua venenum est, admiscere non licet, cur id extrinsecus alicui corporis parti applicare liceat, prorsus non video, cordi præsertim membro omnium nobilissimo, vita autori, ac principi: Immo vero illud affirmare nō vereor, tantum abesse, vt ab huiusmodi venenis aliquod emolumentum expectare possimus, vt grauiora potius, & maxima pericula timere merito debeantur. Etenim si id, verum est, quod summarum medicorum consensu iamdiu confirmavit, medicamenta, quæ collo appendi, ac ita variis morbis opena ferre consueuant, non alia id ratione præstare, quam tenuibus quibusdam, atque halitusis particulis in corpora receptis, quales nam obsecro vapores è pernicioſis hisce venenis efferti possint, qui sive respiratione, sive alio pacto ad cor delari, atque adeo, à calore nostro calcificati, & ad actum deduci, non possint pluri- mas, grauesque in nobis patere affectiones? Atque equidein, nisi mea me penitus opinio fallit, mihi videor causam agere valde æquam, atque perspicuum. At vero nolim hic decipi aliquem & existimare venena extrinsecus usurpata afficerem hominem, atque interimere non posse, quandoquidem qui hac de re scripserunt, id facile visueneri fatentur, modumque docent, quo venena extra apposita interficere nihilominus solent, nimirum quod per meatus cutis ad venas, & arterias ferantur, & ab his recta ad cor perueniant, id quod neque à Galen doctrina est alienum, qui aliquando scriptum reliquit, arterias motu diastoles ad se alicere, atque ad inferiora attrahere, quæcunque illis proxime circumiacent: idemque facile confirmat experientia tum alias non raro, tum manifeste admodum in iis, quibus Galliæ suis causa fiunt inundationes: ha namque interiora petentes, non modo extra, sed etiam intra grauissima sive symptomata affere consueuerunt. Iam vero quæcunque tandem ex parte venena corpus ingrediantur, negandum non est illa vim eandem obtinere, quemadmodum pariter experientia compertum est, medicamenta quoque plurima esse, quæ non tantum intus sumpta, sed etiam extrinsecus adhibita, corpora nihilominus purgare solent. Nonne apud Galen, & alios legimus marinam torpedinem tantum virium habere, vt qualitate quadam per retis haftas ad pectoris manum transmissa hanc mirabiliter stupefaciat? præterea basilicum solo intuitu, aut sibilo hominem interficere tum vero spumam canis rabidi hominem quacunque in parte, quamvis leuiter tergerit, in rabiem trahere? Nonne Auicen, quoque refert historiam serpentis apud Turcas, & Nubios, qui, à milite lancea cōfossus, aut per retum, aut alio quoquis modo facta veneni trajectio- ne, tum militem intermit, tum equum cui ille infederat? Sed ijs posthabitis, quæ forte alicui fabulae videri possunt, quid multis opus est? Nonne hac sequente pestilenta quotidie iniuit ydibus leni admodum, breviisque exigue vestis contactu homines vt miserrime, ita facilime in pessimam luem incidunt? Nonne à probatis autoribus memoriarum proditum est, nonne idem saepius confirmavit experientia quadam venena reperi tenuitate, ac saevitie usq; adeo insigni, vt quamvis corpus non attingant, sed vel ephippio, vel anulo aptentur, vel (vt quibusdam placet) in cubiculo dumtaxat reponantur, nire tamen nescio quo modo cor petant, & hominem interficiant? Verum hac de re satis. De experientia deum, quam isti tantopere fa- etant, quid scitiam superius indicauit. Atqui nobis contra experientiae non defini, si modo experimentis agendum est, que illis opponere possimus. Etenim si multi venenosos fæcculos gestantes pestilenta fuerunt immunes, multi quoque, & fortasse plures sine illis superstites fuere. Apud nos certe vel rarum admodum, vel

*t. De simp.
med. c. 18.*

*Lib. 4. fe. 8.
traff. 3. 22.*

magis

magis nullum horum fassulorum vsum fuisse audio, atque si multi ex corum vsu insigne commodum sepe percipere arbitrari sunt, non pauci grauitissimas noxas, atque incommoda magno cum uno malo experti fuerant. Ioseph Canatus ciuis nostrus, vt ne hoc exemplum prætermittam, cum primum huius mali scima vagari cœpissent, unum ex itis fassulis gestare solitus cum aliquando concitatiore motu, præter morem, incalculabili, ad regionem cordis, quo loco fassulus appositus fuerat insigni vlecre excitato, incidit in febrem vehementissimam, & periculosisissimam, sanguinis missione, & alius opportunis praesidiis curatis ab Helio Bello medico doctissimo, & elegantissimo: quem virum summa familiaritate, ac benevolentia nobis coniunctum honoris gratia hic nominatum volui. Quemadmodum igitur experientiam nos certe magni facimus, si commodum illa, atque idoneum expertorem nasciscatur, ita vniuersique, qui se expertum prædicer, quod saepenumero faciunt insanæ mulierculæ, circulatoris, vilis plebecula, fidem temere adhibendam non esse existimamus, atque eo certe minus, si alter ratio persuadeat, qua in primis duce philosophi omnes controvexas dissoluere, ac de rebus iudicium ferre debent. Modo ad rem redeo. Alij quidam postremo loco aliam rationem solent afferre, qua venenorum fassulorum vim, atque existimationem defendere conantur. Alii enim dū præsentaneum huicmodi venenū prope cor diutius gestatur, hinc fieri, vt membrum hoc nobilissimum venenis occulta quadam proprietate maxime obnoxium, paullatim, ac sensim eorum præsentiæ, congrue fuissecat, atque adeo quendam veluti habitum contrahat, ne īāde vim aliquam in posterum patiat: qua deinceps consuetudine tantum roboris acquirat, vt dirum hoc quoque pestilentia venenū oppugnare, atq; contēnere possit: vulgaris enim & pernagata est sententia, à rebus familiaribus, & assuetis passionem alicui non inferri: & Hipp. scriptum reliquit, quæ longo tempore affluerunt, quanquam deteriora, minus iis, quæ insuta sunt, molesta esse. Ac nemo profecto quisquam est, qui non facile intelligat, quantum momenti, ac virium consuetudo habeat, tum in naturalib. tum in ceteris rebus omnibus. Narrant historicis (quod nō est à re nostra alienum) apud nonnullos Aethiopia populus in more fuisse, quum Princeps quosdam occulta morte tollere vellit, elegantiores puellas napello nutriendas curare, vt iij ad concubitū earum pulchritudine allecti, hac ratione vitam cum morte commutarent: atque

1. Aph. 50. Auic. particulatim Ruphi testimonio pueræ cuiusdam meminit quæ diutius venefactæ. *2. c. 2.* ea tantum ratione, vt quosdam Regulos, qui secum rem habent, interficeret. Quod (inquit Gal.) Janus Atheniensis experimento docuit, cuius apud omnes per celebris est memoria: Etenim ea ab exigua cicutæ portione auspiciata nullo detimento ad permagnâ progressa est copia: principio enim paucum exiguate ipsa denictum est, & consuetudo naturale reddidit. Demumque eius euentus, quem quotidie sequi animaduertimus, vt plurimi cum peste affecti familiariter verfanies illasi, atque incolumes euadant, aliam nullam veriorem causam nonnulli reddit, cuius rei superius mentionem fecimus, præter vnam consuetudinem: namque illi vita generi affueri, ac veluti habitu quadam contracto facile vim tanti periculi contemnere videntur. Hæc istorum ratio est: satis quidem apparent, acuta, & ingeniosa, si tamen illa vere, & proprius expendatur, nihil prorsus mihi demonstrare videtur: nam vapores arsenici, & aliorum huicmodi venenorum, quæ tota substantia sunt naturæ hominis aduersa, nunquam non tales esse censendū est: neque ego adduci possum, vt credam, aliquam iis vñquam familiaritatem accedere.

Lib. 4. fe. 6.
3. De simpl.
med. c. 18.

debet posse, ac non illa perpetuo cor affligere, ac labefactare. Propterea Gal. huicmodi venenæ nunquam, & nusquam sumenda, neque aliis medicamentis admiscenda esse voluit, ne minima quidem sub quantitate, quod illa sine perpetuo maleficio, & pernicioſa. Minima particula (ille inquit) lethaliū venenorū, quæ deleteria appellant, vbi in animalis corpus ingressa fuerit, totum id momento temporis immutat, sibi que simili affectione alterat, & alias. Eorum quæ tota substantia nobis contraria sunt, si vel quid minimum assumptum fuerit, vt omnino laetatur, nece est, nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate; ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, veluti papaveris succus, &c. Quod si intra sumere isthac non licet, nemini dubium sit neque licere iis vti extra, si quidem quæcumque tandem ex parte corpus ingrediantur, eadem perpetuo sunt, atque eosdem effectus parere valent, vt antea diximus. Consuetudinem plurimum posse negandum non est, sed ita tamē, vt ne limites naturæ transcendantur, neve quod omnino fieri non potest, consuetudinis beneficio fieri posse velimur. Quamobrem cum id euénire posse concedam, ut ei venenorū generi aliquis affuetat, quæ sola quantitate sunt maleficia, de quibus certe speciatim loquitur Gal. & de quibus fortissimam reliqua loquuntur historia (nisi illæ magis Arabicas fabulas imitantur) nunquam tamē ipse adduci potero, vt credam humanum corpus nutriti posse iis venenis, quæ quovis in loco, quovis tempore, & quavis sub quantitate lethifera sunt, & deleteria.

1. De sem.
16.
5. De simpl.
med. c. 19.

Quod si aduceris quoque isthac nos donemus, certū est huiusmodi vsum, & familiaritatem venenorū, opem certe aliquā posse præstare ad præseruanda corpora ab illis ipsis venenis, non item ab aliis, qua diuersi generis, naturæ, ac malitiae possint esse, cuiusmodi forte est venenum petiferum. Itaque vt finem tandem imponam præsenti disputationi, istorum fassulorum vsum, qui ex arsenico sunt, & aliis id genus venenis, nihil nunquam probari potuit. Rationem veram, ac legitimam, qua cor roborem, tueamur, atque à pestilentia nobis capeamis in eo portissimum consistere arbitror (quod antea monuimus) vt primum corpora munda seruenias, & quod ad eius fieri potest, ab omnibus excrementis, & ab omni puridine libera: tum vero vt dominanti cause resistamus, de quo altero scopo tractabimus posterius. Quod autem ad medicamenta pertinet, sive intra sumenda, sive ex terra adhibenda, prudenterissimum quisque illa me consultore amplexabitur, quæ illustriſſimorum hominum autoritate, & plurimorum annorum experientia graniter confirmata sunt. Quamobrem si quis fassulum sibi parare studet cordalem, vt vaporant, is memoria reperens ea quæ superius dicta sunt, illum conficiat ex rebus majori ex parte frigidioribus, & lixioribus, non omissa, tamē, & aliqua calidiorum portione, quæ frigidiora deducere, ac illis veluti viam sternere solent. Ex gr. Rec. flor. rosarum, violarum, nymphæ, borraginis, citri an. manip. s. Sem. thlapetco, sandalorum omnium an. drach. j. corticum citri vnc. s. scrp. citri drach. jj. fol. melissæ, myrti, betonicæ, maiorana an. manip. j. aquæ rosarum lib. ij. in qua disolutus sic moschi scrupulus, contundantur omnia crasso modo, & aqua rosacea inspergantur sepius ac sepius, donec totam exhaustiant, ad finē addatur caphore, corallionum rub, ligni aloës an. drach. s. sp. cordalium temp. diamoschi dul. an. drach. j. Ex iis omnibus fiat materia, ex qua fassuli siant. Huicmodi medicamentorum formula satis reperata nobis videtur, quæ immutari debet, déptis, additisve reb. calidioribus, aut frigidioribus, vt opportunitas feret, quæ sexus mōstrabit, & as temperamenti, in primis anni tempus,

*De med. tempus, & constitutio, ut antea iam sepe monuimus. Autem, insignem prærogati-
vam, & admirabilem proprietatem videtur tribuere hyacintho laetificandi, & cor-
roborandi cordis, ac resistenti cuilibet veneno, si diutius apposita regioni cordis,
gesterit, aut in ore detineatur. Alij alius videntur. Hæc de præservatione sufficientia.
Etenim quanquam multa adhuc superesse non ignoro, quæ hac in re affiri pos-
sunt, hæc tamen ex instituto nostro vitilla, & necessaria omnium maxime no-
bis visa sunt: ex quibus forte studiosus lector catena colligere poterit, quæ
ad totius tractationis integratatem desiderati posse videntur.*

*Reliquum modo est, ut de curatione dicamus. Quia in re mihi videor audire
communem hominum gravem querimoniam de arte medica, atque adeo de infe-
ris ipsiis medicis; quasi vero magna imperfectionis, ne dicam imperfici illi sint ar-
guendi, qui tot annorum curriculo nullum adhuc remedium excogitare valuerint,
de quo certius quid, & securi aduersus atrocem hunc morbum sibi homines pro-
mittere possint. Verum isti res humanas, atque diuinæ non satis intelligere viden-
tar. Sunt enim procul dubio ita (ni fallor) Deo Opt. Max. permittenti, morbi qui-
dam, qui nullam recipiunt curationem, ut ex gr. pulmonum viles, quam phthisim
vocant, à qua nemo vñquam sanatus est; sunt & qui maiori ex parte lethales ha-
bentur, inter quos præcipius est pestilentia locus: immo vero, ut antea diximus,
nisi illa maiorem hominum partem eriperet, iam pestis non esset:*

*Diuinæ igitur voluntati tandem acquiescant, & facile intelligent medicorum
mutius non hoc esse, ut miracula efficiant, sed ut naturalibus ceteris remediis, aut à
viris sapientibus petitis, aut vñs, & experientia inuentis, omnibus opem ferre sedu-
lo studeant, quantumquidem per humana rerum cœsiditionem, atque imbe-
cillitatem licet. Galeni tempeste grauem illam, & diuturnam pestilentiam fuisse
legimus, cui tamen vir ille ingenio singulari, & prope diuino, idonea remedia ex-
cogitare non potuit. Ita diuerso deinceps temporum cursu nulli non constat hor-
rendam hanc luem tam immaniter aliquando secessisse, ut cladibus infinitis, ac exci-
dio maximarum regionum non pepercere.*

*Hoc igitur statu, pestilentia curationem aggredior iis propositis præcepis
arque remediis, quæ mihi omnium maxime probabantur. Quod eo libenter facio
quoniam apud nonnullos, qui hac de re scripserunt, non pauca reperi, quibus non
facile assentior.*

*Ceterum antequam incipio, illud primum inquitendum est, an huiusmodi ius
curationē instituere liceat certa methodo, ac determinatis indicationibus, an ma-
gis, quod nonnulli contendunt, remediis sola experientia, & fortuito inuentis, ad-
eoque ab omni methodo alienis. Quam quidem istorum opinione satis confirma-
re videtur summorum medicorum, atque vñius in primis Gal. autoritas, qui certa
methodo, ac ratione posteris accuratisse tradita, unde ceteri omnes morbi cura-
ri possint, ad curandā pestilentiam omnē indicationū considerationē prætermis-
sive, ac vñius tantum, vel alterius antidoti meminiisse videtur. Quo potissimum ar-
gumento illi vti solebant, qui pestilentia ex latente, & occulta causa originem du-
cere arbitrantur. Sed cum huiusmodi sententiam nos priore libro confutaveri-
mus, hanc quoque ab illa pendente minus probare possumus: quandoquidem in
ea sumus sententia, morbos pestilentes ex manifestis causis oriundos esse, illoque
non sine methodo, & ratione curari. Quod si medici hac in re nonnullas particula-
rū antidotos afferunt, ut Gal. bolum Armenam, Ruphus potionem ex aloë, myr-*

tha,

*ra, ammoniacō, & alij alia, quæ occultā quadam proprietate prodest creduntur,
non illud fieri exultandum est, quasi cetera prelidia, quæ medendi methodus,
ac elicite indicationes suppeditant, pretereunda sunt, de quibus plerique aliis in lo-
cis, & omnium maxime Gal. tum alibi, tum in libris Epid. mentionem facit. Quod
si Gal. disciplinam imitati pestilentia præferuationem à methodo & ratione mini-
ma alienam tradidimus, quid est, quamobrem curationem fortuitam, atque ab omni
methodo abhorrentem instituere velimus? Siquidem, ut Gal. placet, præcautio
quantitate remediorum, non qualitate differt à sanatione: ita quidem, ut huiusmo-
di nomina apud medicos sèpè numero confunduntur. Sed præstat hac in re Gal. lo-
quentem audire, qui pestilentes morbos non solum methodo in vniuersum præca-
veri, & curari docet, sed etiam particulatum modum prescribit, ac indicationes pro-
ponit, quibus instrutus medicus scipsum præstare potest opportuna facientem.*

*Oportet in singulis causis (ille ait) diligenter aduenter, qua maxime facultate
morbos committere soleant; deinde considerare corporum affectus, qui ipsis con-
sentiant, & repugnant, pro comperto habentes, quod iis, qui consentiant, præma-
pta sit lesio, contrariaj autem, & repugnantes, quantum viribus, ac magnitudine va-
let contrarietas, tantum inuidi permanebunt. Igitur vidi ego aliquando tali con-
stitutione eueniente, qualem Hipp. in Cratone factam esse dixit, carbunculos gra-
fatos non paucos, quorum generatio, & alia omnia eo quo ille scriptis modo ad
amissionem fuerunt. Quin etiam quæcunque tertio Epidem in pestilentiæ scriptis con-
stitutione, ea quoque omnia in alia haic simili constitutione euenerunt. Summa
vero eorum erat, ut Hipp. indicauit, putredo. Atque id ipsi cognolentes statim in-
cipiente constitutione, quæcunque corpora humida videbantur, confessim quo vis
modo excicare tentabamus; quæcunque vero sicciora, in iis pristinam naturam con-
seruabamus; quæcunque autem excrementis plena, purgationibus anabamus, ob-
structiones vero meatuum soluebamus, atque abstergemus. Sed hæc quidem
iam ad medendi methodum pertinent: & constat quod in hac tractatione pluri-
mum de his dicitur. Nunc autem eorum mentionem feci. sequuntur sermonem do-
centem, quoniam modo ab via causa inualesoente quidam febribi, corripiuntur, alij
vero immunes permanent: cum n. corporum affectus dissimiles sint, & multi for-
mes, quidam facile vincuntur, & promptissime patiuntur à causa, agente, alij inui-
cti & omnino impatibiles sunt, aut difficulter patiuntur. Ad huius rei vero demon-
strationem coacti sumus etiam curationis meminiisse, non aliter affecti quæ Hipp.
qui alibi quodammodo vulgatum illud verbum adscripsit: Ostédit autem sanatio.*

*Est igitur & præcautio dicta ad talem quendam modum sanatio: Etenim re ipsa
nomina apud medicos sèpè numero confunduntur, ut n. in altero libro demonstra-
tum est, omne medici opus; & officium virtutis corporis corrigit. Sed nihil in pte-
sentia ista exquisita loquèd' ratione opus est: Siue n. totum id: sanationē, & præcau-
tionem in duo diuidas nomina sive ambo in unum cōtrahas, sanationē nominans,
non exiguo arguento est, non omnes ab eiusmodi causa similiter laborare affe-
ctus eorum, qui epidemias, ac pestilentiæ, morbis, corripi prohibentur. Vnus nam-
que, & primus in omnibus, communis est scapulas, ut corpus quam maxime yacet
excrementis, & bene transpiret; secundus ab eo, ut dominanti causa, quoad fieri
potest, repugnetur: at quibus contraria horum insunt; ocyssime laborant, ma-
ximeque ægrotant. Gal. haec tenus. Quam seriem & longiorem hic transcribere
voluimus, quod præclare hanc controversiam dissoluere, adeoque omnes scopos,*

F summa

tum præcauenda, tum curanda pestilentia, accommodatos grauiter indicare videtur. Itaque ad institutum redentes, quod omnibus curandis morbis, autore Gal. primum efficiendum est, nos pariter ante omnia curandi indicationes elicere tememus.

At vero cum illas à morbo in primis petre soleant tum Gal. tum eruditii omnes medici, superiore autem libro nobis statutum sit, pestilentiam nullo certo, ac determinata morbo contineri, particulari huiusmodi exerçitatione ptertermissa, quā longius perseguiri nimis longum, & operosum fore, cum non possimus, quod volumus, id velimus, quod possumus, necesse est. Quamobrem cum summa totius negotiū, adeoque omnes morbi pestilentes in excellenti vna putredine facile conueniant, atque hinc, tanquam ex fabulosa Pandora, mala omnia erumpere soleant, in hunc scopum oculos dirigere, atque ex hoc in primis loco indicationes curandi elicere nos decet: quas quidem singulis deinceps morbis, ac symptomatis particulatim accommodare vniuersisque conari debet.

Primum igitur humores putridi sunt immiuendi: quod si aliqua de causa id non licet, iij certe omni diligentia coquendi sunt, & preparandi, tum putridi quicunque vapores exiccadū sunt, & ablutendi; si quæ sunt viscerum obstructions, aperienda; & postrem cum plurimi hic spiritus resoluantur, adeoque naturalis calor vehementer laboret, danda est omnis opera, vt illi refocillentur, hic fouentur, & recreantur. Porro autem quanquam inter medicos forte conuenit, quod ad huiusmodi curandi indicationes pertinet, tanta de particularibus præsidis, atque agendi ratione, & ordine inter eos distensio est, vt vix adhuc certam, & optimam medendi methodum statuere licet. Alij protinus sanguinem dereliquint: quorum hic vena selectionē modo in via, modo in altera corporis parte commendat, ille scarificatas cucurbitulas dorso, cruribus, & aliquando vniuerso corpori appositas quam maxime celebrat, alias applicationem hirudinum venis hemorrhoidibus, quandoque auribus, & aliis forte partibus probare solet. Alij contra sanguinis missione in vniuersum abhorrentes, medicamentis familiariter uti confuerunt: quorum hic lenientia duntaxat, & benedicta, ille purgantia, & valentissima quæque non veretur exhibere. In primis autem ardua viderit esse illa difficultas, an erumpente bubone, carbunculo, exanthematibus, vel natura aliquam vtcunque excretionem moliente, licet aliquando sanguinem mittere, vel exhibere medicamentum.

Neque postremo alijs desunt, qui vtriusque præsidij, mittendi sanguinis, & medicamenti vsum superuacaneum existimantes, nulla ratione opportunitati virginem putredinem, ac malum vniuersum debellare posse opinantur, quam si agri primo quoque tempore ad antidora confugiant, & in eam vnu diutius perseuerent. In tanta igitur de re maxima vel doctissimorum hominū distensione sententianos quoq; nostram proponere non grauabitur, parati libenter illam murare, ac meliorem semper amplecti. Qui cætera omnia remedia perpetuo negligunt vnius exceptis antidotis, hos præter rationem, vt paulo ante indicauimus, & Gal. mentem agere nos existimamus: Etenim si accidat, accidit autem sapissime, vt corpus vacuatione aliqua, & aliis præterea præsidis indiget, nemine rationis participē, & Gal. disciplina instructū esse arbitramur, qui illa prætereunda esse conferat. Cæteri plerique omnes in eo facile conueniunt, vt principium curandæ pestilentie ab aliqua vacuatione ducendum sit, in primisque aut missō sanguine, aut exhibito me-

dicamento. Sic inter cæteros Avic. summa (inquit) curationis est exiccatio, & illud *Prima 4. de cur. feb. ps.* cum phlebotomia, & solutione ventris. Et oportet vt incipiat ab ea ad evacuandum. Quia primum in re illud mihi probari non potest, vt hanc difficultem, & ancipitem curationem à senioribus remedis auspicemur, quæmadmodum nonnulli solent principio cassiam, alius ve leniens medicamentum exhibere; cum n. morbus sit peractus, qui quarto die plerunque, ac circius terminatur, si ille hac ratione tractetur, mors lapenumero anteuertens occasionem precipitem admittit maiora adhibendi præsidia alioquin necessaria. Minime (inquit Gal.) sicuti medicorum non nulli censem, à paruis incipendum auxiliis est, nec sicuti illi dicunt, sentendum, illa scilicet prius esse tentanda, mox si nihil proficeris aggredienda maiora, nam in morbis in quibus periculum non impendet, vera ea opinio est, at vbi morendum, agro pro�is est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum à ratione est à minoribus inchoasse: sicuti n. reliqua omnia ab Hipp. tradita, ita illa quoque sententia recte dicta est. Nempe ad ultimos morbos ultima pro�us remedia, maxime valere. Hæc ille. Quamobrem tentandum est illiçio maiora adhibere præsidia: inter quæ nullum millione sanguinis magis opportunum, vel efficax, vel turum mea sententia potest excogitari, si modo vires, aut artas illud non prohibeant. Non ignoro plurimos esse neque indoctos, neque obscuros homines, qui non solum in vera peste, sed in malignis quoq; sebrib. ab huiusmodi remedio longe abhorrent, illa potissimum (opinor) ratione persuasi, quod in maxima humorum, & sanguinis putrefactione vires constare vix possunt; quam profecto sententiam Gal. in primis videtur consummare, qui aliquando scriptum reliquit, medicos in pestilentia non injuria sanguinis missione reformidasse, non alia sane de causa, quam proper vnam viri imbecillitatem: quanquam et illua pleriq; addere solent, missō sanguine, periculum imminere, ne maligi, ac venenati humores intus cohíbeantur, ita vt ad cutim, vel alias partes à natura transmitti nequeant, quæ maxime huiusmodi transmissioni exposita, atque obnoxia plerunque esse confuerunt. Aduersus horum sententiam instituti mei non est hoc loco longius disputare. Illud nihil icto sat in praefentia, morborum nedium magnū esse, sed maximum, & certe omnibus longe maiorem; quo casu Hipp. Gal. & insignes quaque medici sanguinem, conseruant, & perpetuo mitunt, modo vires, atque conservant. Quia de re alibi disputata, vnu prolixo, argue exacte ni fallor, quantum huiusmodi argumentum postulare videtur. Quod porro ad ea pertinet, quæ aduersarij afferunt, si illi intelligent in nullo morbo pestilentii sanguinem mittendū esse, in quo vires non constent, neque ipsi huiusmodi sententiam repudiamus, cum in nullo vnuquam morbo insigne hoc remedium ratione, & opportune adhiberi censemus, vbi vires deficient. Quod si vero in vniuersum illi statuum, nusquam, & nunquam in pestilentia vires esse, validas, illud nos sane pernegamus. Quanquam, n. summa vrgit humorum putredo, negandum non est, vires aliquando posse constare. Neque aliud hac in re iis opponere, nobis licet, quam ipsum experimentum, quod vbiq; plurium argumentorum vicem supplere pulchre potest: quændoquidem illud tam est certum, & non quam quod certissimum, & nonissimum, non dixerim plurimos, sed nonnullos, certe, ægrotos pestilentibus morbis, & symptomatis male affectos, quibus sanguis aliquando vel copiose missus est, maximum virium robur attestari, cum tanti mali pondus fortiter illi ferant, & pristinæ sanitati restituantur. Neq; Gal. testimonium nobis aduersatur, qui nō in vniuersum de pestilentia, sed de illa particulatum sermo-

nem habet, in qua vires minime essent constantes, neque profecto iniuria, cum illa ortum duxerit ex importuna, & maxima fame, qua cum multos annos mirandum in modum vrgeret, plerosque homines coegerit, ut vescerentur alimētis praui succi, pugnantibus inter se facultatibus præditis, & quæ ad brutorum potius, quæ hominum sustentationem à natura genita esse viderentur. Vnde cui mirum debet videri, illas vires, quas anteas validas fuisse vix credi potest, superueniente morbo omnium grauissimo labefactari, ac prosterne, ut illæ ad sanguinis missionem minime sufficerent. Inimico vero inter præstantissimos medicos, quorum fere nullus est, qui hoc remedium prætermittat, nonnulli Arabes vel ad animi deliquium vsq; illud exercere non verentur; ad quem certe summum vaccinationis terminum peruenire non licet, nisi vires valeant, & insigniter valeant. Ad illud autem, quod secundo loco propositum est, nimirum sanguinis missionem impedimento esse, quo minus natura transmittat ad partes extimas putrefactiū humorum virus, de multis, quæ respondere promptū esset, quædam paucā fatis futura esse nos arbitramur. Et primū quidem illud statutum, quod à nemine in controvèrsiam dicitur, medicū ministram esse, & iuritatem naturæ ea sane legē, ut ille duntaxat imitetur, quæ recte à natura sunt, & illius opera adiuuet, cum probè illa, sed immunitate agit. Diligenter ait

^{1. Aphor.} Gal. medicum opertet naturæ motum, & inclinationem obseruare, quæ, si ad loca commoda fiat, ei seruendum est, & auxiliandum, si vero contrario modo, & incommodo, eam prohibere, simulque reuocare, & retrahere oportet. At vero an natura probè agat transmittente illa putrefactentes, ac veniebatos humores ad alas, inguina, & alias partes cutis, ita ut medicus subducatur illi ferre, aut saltem non illam impeditre teſteatur, id mihi non satis constat. Et profecto quemadmodum huiusmodi trahimissionem opportune aliquando, & utiliter fieri nemo inficias ire potest, ita contra illud nos in viuēsum, ac pérpetuo cum utilitate fieri non credimus, quandoquidē sepe, & sapius vsu venisse vidimus, ut omnis naturæ conatus, & expulso quam plurima incommoda, & plerunque hominis interirum secum affterat, quod quidem vloquale quotidiana experientia perspicuum est, ut si quis id negare audiat, vix cum ingenium hominem estimare liceat. Quod si quis cupiat rationē aliquam constituti, que nos doceat, quando huiusmodi naturæ equatus probe, aut improbe, fiat, is ut Gal. est auctor in qibuscunque motionibus animalium sedulo adhibeat, an natura dominetur, an sit dominata, vel (ut medice dicamus) an critica, an symptomatica agat; quod certe aliter definit non potest, quæ ex coctione, & cruditate, nulla enim humorum vacatio, nullus decubitus, nulla mortio ystum aliquem ægrotis affterre vindicta potest, si intempestive accidat, hoc est mortbi initio, nullaque apparente coctione; quod in morbis pestilentiis maiori ex parte fieri cernimus. Contra vero si eadem tempestivè sunt, nimirum à coctione, & in vigore morbi, fieri aliter non potest, quin omnia succedant fassa, & feliciterque. Notum est illud Hipp.

^{1. Epid. sc. libro 2. 46.} Coctiones teleritatem iudicij, & salutis securitatē portendunt, cruda autem & incocta, atque in malos abcessus conuera aut acrisias aut dolores, aut diurtitiae, aut reciduas, aut interitum. Sed esto! Hoc quóque aduersarii concedatur, in pestilencia qualibet naturæ depulsionem ad partes corporis externas opportunity, & utiliter fieri, adeoque nihil inquam esse molliendum, quod huiusmodi conatus impedimento est possit; tantum ego absesse existimō, ut sanguinis missio naturæ motione impeditur possit, ut contra magis illius vim, atque inclinatio-
nem non leuiter adiuuare posse putem. Namq; sanguine missio natura levata, exo-
nerataque eo, quo veluti sarcina premitur, proprij muneri haud oblita, quemadmodum magis ap̄a redditur ad perficiendam coctionem, ita longe facilius, & feliciter nedum propulsationem ad cutim, vel alias partes, sed aliam quamcunque evacuationem aggredi, & perficere consuevit: cuius quidem rei tam multa sunt, atque illustria exempla, tum apud alios, tum maxime apud unum Gal. ut illa certe ignorari nequeant: Ex quibus unum in præsencia nobis sufficiat, quo loco non solum missio sanguine, sed etiam usque ad animi deliquium ille docet périsque moueri alium, & sudores, argumento plane evidenti, sanguinis missionem nullam naturæ vacuationem, in primis vero per cutem, non solum non impedit, sed etiam, si quid aliud, adiuuare. Quod si bubone, carbunculo, parotide, exanthematibus apparentibus, modo alia consentiant, nemo est ex nobilissimi medicis, qui venam secare non audeat, quis iure ambigat huiusmodi remedium opportune adhibitum unquam impedimento esse, quoniam isthac omnia deinceps erumpant? Legantur quicunque hoc argumentum tractant, Græci, Latini, Arabes, qui ceteris præstare videntur, nemo est fere, qui aliter sentiat. Sed unum Gal. audiamus Hippocratis sententiam explicantem.

TRACTAT. PRIMI LIBER SECVNDVS. 83
nerataque eo, quo veluti sarcina premitur, proprij muneri haud oblita, quemadmodum magis ap̄a redditur ad perficiendam coctionem, ita longe facilius, & feliciter nedum propulsationem ad cutim, vel alias partes, sed aliam quamcunque evacuationem aggredi, & perficere consuevit: cuius quidem rei tam multa sunt, atque illustria exempla, tum apud alios, tum maxime apud unum Gal. ut illa certe ignorari nequeant: Ex quibus unum in præsencia nobis sufficiat, quo loco non solum missio sanguine, sed etiam usque ad animi deliquium ille docet périsque moueri alium, & sudores, argumento plane evidenti, sanguinis missionem nullam naturæ vacuationem, in primis vero per cutem, non solum non impedit, sed etiam, si quid aliud, adiuuare. Quod si bubone, carbunculo, parotide, exanthematibus apparentibus, modo alia consentiant, nemo est ex nobilissimi medicis, qui venam secare non audeat, quis iure ambigat huiusmodi remedium opportune adhibitum unquam impedimento esse, quoniam isthac omnia deinceps erumpant? Legantur quicunque hoc argumentum tractant, Græci, Latini, Arabes, qui ceteris præstare videntur, nemo est fere, qui aliter sentiat. Sed unum Gal. audiamus Hippocratis sententiam explicantem.

Lata pustula non admodum pruriginosa; quales Simon hyeme habebat; qui cum ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur, iuuabatur; vomitus non proderant: puto, si quis calida fomenta adhibuerit, utilitatem percipieret. Vtrum Hipp. an aliis Simonem vomitionibus vti consuluisse, non declarauit; neque id scire nobis necesse est: illud tamen sufficit nouisse, successus ad cutem vergentes per eam esse vacuandos, nam iterum ad interna corporis reuulsio ipsi valde longinqua est, ut per alium, aut vomitum vacuentur. Sed forsitan me dicere putabis, nunquam purgatione per ventrem in quibus coi poribus permulta humorum est copia, his utiles esse purgations didicisti: Etenim prius quam redundantem materiam aut festa vena, aut exhibito medicamento quis eduxerit, si calidis fomentis ipsis discutere conetur, is plus attrahet, quam per cutem euacuabit.

Hæc Gal. Cum igitur morbi pestilentis non modo sint magni, sed omnium maximis, si præter aptam ætatem vires quoque valeant, quod aliquando fieri certum est, quanquam bubones, carbunculi, & alia ad cutem depulsiones reuera apparent, aut periculum imminet, ne in posterum appearant, primo quoque tempore non solum opportune, sed necessario sanguinem mittendum esse nos existimamus. Possem equidem hac in re plurimorum ægrotantium afferre exempla, quibus non solum præterito, sed præsenti etiam tempore apparente bubone, exanthematibus, & alijs naturæ expulsionibus, summo cum emolumento sanguis missus est, ut particulatum Angelus priore libro meminimus: Sed ex infinitis, quod in præsencia, dum hæc scribo, mihi euenit, præterendum non est. Idib. Martis, cum adhuc ciuitas quanquam forte à malo, non tamen à suspicione mali prorsus libera esset, Hieronymus de Ponte Doct. chirurgus excellens ad mulierem quandam accitus, antequam domum ingreditur, audiens illam admodum male habere; ac locum intuitus veluti iumentorum, suspicatus morbum pestilentem esse, rem protinus ad magistratum defert. Ipse rogatus à patribus, qui hoc tempore illud enixe à me petierint, & rogarunt, ut huiusmodi ægrotis dubio, & incerto morbo laborantibus adesse yellem, ac de illis iudiciū ferre, & quibus libenter pareo, hanc mulierem visito una cum Fabio Mōntia, & Francisco Bissario viris nobilissimis, & grauissimis, qui publicum in præsencia salubritatis conservandæ munus sustinent. Mulie-

^{1. Aphor.}
^{com. 23.}
^{Epid. 6.}
^{Epid. scđ.}
^{2. text. 29.}
^{Galen.}

ri nomen est Ursula, an. natæ, xx. circiter, prope urbis portam D. Lucia, in domo Antonij Bregolati; quam quidem præter lotia perturbata, insignem dolorem capit, & alia seu symptomata, tanta exanthematum copia, quas petechias appellant, refertam deprehendimus, quantum raro alias me vidisse memini. Hic mulier, quam longe visitauimus, cum illa satis robusta aliquoqui videretur, meo confilio, assentientibus Fabio, & Francisco protinusq; vena iecoris sanguis missus est ad vnc. x. quæ paucis nonnullis deinceps illi adhibitis præsidiis septimo die pristinæ sanitati est restituta. Hoc ipso tempore Hierony. Fornaretus Venetiis oriundns, ac serici conficiendi magister prope Ecclesiam D. Laurentij mane corripitur febre, atque illa ipsa hora illi simul erumpit bubo in inguine dextra satis notabilis, qui eo præseruim tuisse erat maxime dolorificus. Vespa delatus ad magistratum parum abfuit, quin secunda, aut tertia hora noctis campum Martium petere coactus fuerit. Ego à patribus summo mane admonitus hunc hominem visito, omniaque diligenter animaduertens, quanquam particularitatem insigni ille bubone laborabat, ab omni morbo pestilenti cum liberum esse censi. Atque huic pariter statim secta vena iecoris missus est sanguis copiose ad vnc. xii. Qui quidem tum hoc in primis (vt opinor) tum aliis quibusdam adhibitis præsidiis, imminuto deinceps bubone, lenito dolore, ac rebus in vniuersum prospere succedentibus post paucos dies omnis periculi imminentis easit. Sic alias frequenter (quod sancte affirmare possumus) quanquam naturam ad partes externas aliquam vacuationem moliti cernimus, si modo corpora multis superuacancis humoribus sint referta, & alia consentiant, nos sanguinem mittere non dubitamus. Hanc rem longius tractauimus, atque vno, & altero exemplo illustrare voluimus, quod illam magni momenti esse parvum, & alij plerique multum difficultatis habere contendunt. Ceterum cum multifariam, atque è multis corporis partibus sanguis educatur, plerique rem totam ita definire solent: si qua in parte sit aliquis tumor, aut aliud malum circa collum regionem, aut superiore, secandam censem venam cephalicam, si infra collum vñque ad inguinem, venam iecoriam, si in ipsis inguinibus, aut infra, venam cruris saphenam appellatam, hoc semper obseruat, vt sanguis ducatur è directo, & à parte magis laeta. Si vero nullus particulatim extat tumor, nullus in parte aliqua labor, veniam illi secari iubet basilicam, aut medianam dextræ cubiti, vt pote qua toti corpori vacuando sunt omnium maxime accommodata: quam quidem doctrinam Galenam tradidisse legimus. Ego vero cum in carceris facile sis assentiar, in ea parte, qua ad mala inguinum, & infra inguinum pertinet, moderationem aliquam, & indicium adhibendum esse censeo. Etenim si in ijs partibus sis aliquis tumor, vel recens inflammatio, & sanguinis redundantia affuerit, ego venam primum superiorem omnino secandam esse arbitror. Neque hanc euidem mittendi sanguinis rationem à Galen, disciplina alienam esse existimo.

Quanquam n. in vniuersum ille scriptum reliquit, omnes partes thorace infestiores fæctis venis inferioribus plurimū iuvari, id nos ita interpretamur, & opportune fieri credimus, si modo cetera artis dogmata non sint dissentientia. Namque nemo est in libris medicorum, atque vnius potissimum Gal. vel mediocriter veratus, qui non intelligat curandis morbis omnibus, atque in primis tumoribus, & inflammationibus illud ante omnia sedulo cogitandum, ac decernendum esse, an reuulsione, an deriuacione, an mixta omnino vacuatione sit opus; de quorum nominum vi, atque usu vario diffuse egimus in tractatione de catarro. Quantumcunq; enim

*Liber. de
sang. mis.*

enim laborat partes corporis inferiores, si vna reuulsione opus sit, quis est vel Gal. dogmatibus consentiens, qui venas inferiores lecare, adeoque maiorem succorum copiam ad locum lascum attrahere velit? Nemo arbitror: cum ipse quoque Galeni partibus aliquando in infra inguinal laborantibus proposita huius curationis methodo, ac elicitis indicationibus venas superiores secandas esse doceat. Quæ autem (ille inquit) vacuando obseruat debent, antea diximus: ac nunc quoque paucis explicabimus, vt deinceps sequuta memoria iam te per singulos affectus vacuationis indicationes edoceri necesse non sit. Atatem igitur, tempus, regionem, præsentis aeris constitutionem, robur ægrotantis, habitudinem, consuetudinem, atque ipsam morbi speciem animaduertendam esse diximus. Hæc enim quando vacuandum, aut minimè vacuandum sit, & unde & quomodo docent, veluti in subiecto affectu. Confluat in genu humor, atque repente vehementer intumescat: ybi vero vniuersum corporis sanguine pleni esse videatur, validæq; ægrotantis vires sint, anni tempus, ver, & regio modice temperata, adolescensque, vel iuuenis sit æger, huic sanguinem ex superius partibus mittere oportet, secta cubiti vena, vel interna, vel media: quod si superiora pars affecta sit, ex inferna ducentus est sanguis. Semper enim fluxionis motum in contrarium trahere expediat. Et alias hoc ipsum ferre docens, per quæ loca, & quo vacuationis genere vacuare expediat, cum multa sint vacuandi genera, variæq; morbi species, nec omnia omnibus conferant. Neq; vero (ait) prætermittenda est ea, quæ à parti posita sumuntur indicatio, vptote que maxime doceat, per quæ, & quomodo fieri debeat vacuatio. Influuentum igitur adhuc humorum fistatio, quam *deriuatio* Hippocrates vocat, obscientium vero iam locutu deriuatio est remedium. Vtrumq; enim vacuationis genus fieri debet per communes venas, Ex utero, verbi gratia terraes, si cubiti venam secueris, &c. deriuabis autem, si sanguinem infra mittas, &c. Atque si dextera utri pars labore, sanguis ex dextera manu, & cruce ducentus est: Sin leua, ex membris illi è directo respondentibus. Hactenus Galenus; quem audire licet plane, & perspicue asseuerantem, laborante utero tum ex manu, tum ex cruce sanguinem mittendum esse, quanquam alias (vt diximus) ex crutibus illum perpetuo mittendum esse docet. Quam quidem apparentem aliqui diversitatem, ac repugnatiam non aliter nos tollere posse videimus; quam si dicamus Galenū varia sibi proposita indicatione modo ex vna parte, modo ex altera sanguinem mississe. Etenim si reuulsione est opus, quod accidit etiam fluentibus humoribus, venas superiores, sin deriuacione, quod evenit illis iam fluxis, inferiores, ratione, & accommodate vna cum Galeno secandas esse nos existimamus. Quare ad me rediens, quanquam ad inguinem, vel infra inguinem sunt bubones, carbunculi, & alia huiusmodi mala, si rediuidatia sanguinis adesse, atque adhuc humores ad determinatam partem confluere videantur, primum euidem venas superiores reuelliendo, tum vero, si ita ferar opportunitas, etiam infestiores deriuando, secare solestantumq; absit, vt ab hac reuulsione quicquam impieam, quasi ita virus pestiferum ad internas partes tenocemus, adeoque natura simus impedimento, quæ velut in sentinelam quandam totum contagium retrat deponeat, vt magis hac ratione non levem opem auxiliuimus, ipsi natura nos ferre putemus: quandoquidem non solù reuelliimus, sed etiam educimus è corpore contagium illaq; hoc nomine sublevata, & robur assecuta, proprij muneri nō oblita (vt Galenij verbis vnam) haud difficile superabit, quod reliquum est, coquendo, quod concocqui est habile, & excernendo, quod potest excerni, ad summamq; omne officium obeundo.

Vt cuncte autem se res habeat, sunt nonnulli, qui verentes omnino, ne huiusmodi sanguinis vacuatio naturam auerteret, & impedit, quominus venenum ad extremita transmittat, dum mittitur sanguis, trahens aliquod medicamentum, aut etiam cucurbitulas adhibere solent iis omnibus partibus, quæ maxime huic transmissioni expositæ, atque obnoxiae centent esse, vt post aures, sub axillis, in inguinibus: quod quidem cautionis, & prouidentiae genus improbare nequeo, quamvis aliqui fortasse nescio quid curiosius sapere videatur. Tempus mittendo sanguini accommodatum nonnulli statunt ante diem quartum, vt nefas esse parent sanguinem posse mittere. Quorum sententiam satis confutat Galen, qui in sanguinis missione diuum numerum minime attendendum esse docet, sed quocunque die mittendi sanguinis scopos in ægrotante inuenierimus, illum perpetuo mitendum esse asseuerat, etiam si vigesimus ab initio morbi dies fuerit. Rectius, & magis ad Galeni mentem illi dixisse viderentur, si quoquis tempore virium rationem habendam esse vellent. Nam si statim initio morbi, nedum quarto die, aut deinceps virtus fuerit exolata, nemo est, qui non à sanguinis missione abstinentem esse fateatur. Porro illa sanguinis copia est extraehenda, quam plenitudo, etas, habitus corporis, temperamentum, anni tempus, & similia postulare videbuntur, de quibus se penitus Galenus. Proxima sanguinis educationi, quæ venæ sectione fit, illa est, quam præstat scarificatione malleolorum. Sed haec apud nostrates plerosque medicos contemptui iam habetur, ac pene oblitioni penitus est tradita cum tamen Gal. fuerit admodum familiaris. Eiusmodi (ille inquit) omnium humorum æqualiter, quæ quidem exquisitissima est, & per venæ sectionem, proxima autem huic illa est, quæ fit per malleolorum scarificationem, vt nos facere consuegimus. Hic ego audiri nolim, eam crurum scarificationem, cuius, post adhibitas cucurbitulas, communis, vulgaris que est vsus aduersus capitum affectus, aut oculas hemorrhoidas, aut supprella in mulieribus menstrua, aut alijs ab causam, de qua superius mentionem fecimus. Hæc n. longe ab ea distat, non eo tantum, quod antiqui nullas cucurbitulas adhibent, cum id parū interficit mea quidem sententia, sed præsertim quod illi profundiores incisiones infigebant, atq; adeo maximā sanguinis copiam extrahebant, illa fortasse maiorem, quam nos vicia sectione, quamvis copiosa, extrahere solemus. Quanti vero huiuscmodi præsidū facere optimi illi prisci viri, facile est intelligere ex ea diligentia, quam iis describindis adhibuerunt singillatim, ac veluti religiose, quæcumque hac in re in vsum veniunt. Namque ex eorū præscripto pars, qua scarificatione est, ablui primum debet, atque foveri aqua tepida, aut Solis radiis, aut igni exponi, donec ruborem contrahat, deinde aggredienda scarificatio, ita quidem vt particulatim variis in partibus varia infingenda sint incisiones, in vniuersum autem partes primum inferiores incidentur, mox sublimiores, atque vulnuscula magnitudine, loco & mutuo interstitio sint æqualia, tum vero tandem haec fiant non ~~varicæ~~, id est, percussio pem, sed ~~varicæ~~ oritur, id est, per tractum, atque, vt ego interpres, non feriendo, vt adhibendis cucurbitulis facere isti solent, sed firmata primum dextera, vt fit abscessibus aperiendis, aut vena secunda; quem forte administratio modum minore cum dolore percisi, illi opinabantur. Iam vero vt multa præteram, atque infinita propemodum encomia, quibus iudicem hoc remedij genus ad varios vsus ornare voluerant, audiamus quæsto, quæ insignis ille medicus Apollonius de seipso scriptum reliquit de peste loquens Oribasio referente. Et sane (ille inquit) dum pestilentia vehemens aliam deprehendisset, multisque perdidisset,

De sang.
cap. 20.

2. Aphor.
com. 17.

Cap. 10.

meque

meque etiam morbus attigisset, secunda morbi die remissione febris facta crux scatificari, duasque fere sanguinis libras deraxi, hacque de causa periculum vitæ ui. Plerique igitur etiam alijs hoc remedio vsi superstites euafere, illique præcipue salvabantur, qui sanguinem copiose extrahebant. Hec Apollonius. Quo certe loco non iniuria nostri temporis medicos arguere posse mihi videor; quorum nullus, quem sciam, aut literarum monumentis, aut manuum opera, haec tenus in vsum revocauit huiusmodi præsidium, quod securitatem cum ratione, vim, & efficaciam coniunctam habet, tum vero præclaro tanta vi testimonio est comprobatum.

Ego igitur in vniuersum copiosam hanc malleolorum scarificationem summodo commendando, quæ sola fortasse instar omnium esse, & admirabilem operam præstat potest, particulatim vero, si aliqui retentæ sint hemorrhoides, aut mulieri menses, huic accommodatissimam illam esse censem. Qua equidem euacuandi ratione, vt præterita tempora præterea, hoc in primis tristissimo pestilentiæ tempore tum præseruando, tum curando familiariter sum vysus non sine insigni emolumento, vt de Paulo Stabulario priore libro diximus; quamquam, vt vere dicam, nullus vnyquam idoneus minister præsto fuit, qui huiusmodi opus probe, & accurate administraret. Quod si quis forte delicatior, à profundis istis incisionibus, & à graui alioqui dolore abhorreat, meum omnino conflixi foret, vt post venam in brachio sectam, is neque crurum omitteret scarificationem, vt vulgo solet administrari, quam maxima fieri potest, copia sanguinis educta. Si quis demum ratione virtutis imbecillioris, æstatis, aut alia de causa non posset, aut certe noller sanguinem è vena fibi mitti, hunc pariter ego hortarer, quemadmodum in præservatione etiam admonuimus, vt cucurbitulis vulgato more sanguine fibi extraheendum curaret, hisque non tantum dorso adhibitis, sed ipsi etiam cruribus: quandoquidem hoc evacuationis genus pestilentibus morbis multis de caulis magnopere videretur cœvenire. Sunt qui laudent hirudinum vsum, quæ præsertim hemorrhoidibus applicantur, quasi propriam quandam vim, & prærogatiuam habentia ha animantes, vt è corpore attrahant quicquid corrupti, ac venenati sanguinis habentur. Ceterum cum vniuersum corpus vacuare oporteat, & remedio quidem valido, ac celeri propter morbi celeritatem, & periculum, qui nullas præbet inducias, non arbitror hirudines huic vysi satisfacere posse, quæ tarde, parumque sanguinis solent educere, & eis quidem, quæ nonnullorum est sententia, dumtaxat tenuioris. Illud in præfentia non omittam, quod tamen viderit non satis ad præsentem locum attinere, tum Venetiis, tum Patavij (vt audio) & alijs forte in locis frequenter admodum usurpari vesicatoria. Sed hæc, vt mea fert opinio, in præservatione potius, quod suo loco dictum est, quam in curatione conuenienter: præterquæ enim quod partem inflammare possunt, dolorem afferte, & ægrum vexare, nimio plus alioqui vexatum, videtur etiam mihi huiusmodi vacuationes leuiores, & tardiores esse, quam in præsenti vysi satisfacere possint. Si tamen ita ferat occasio, vt post vniuersam corporis vacuationem illis sit locus, non omnino fortasse fuerint contempnenda. De mittendo sanguine satius. Plerique omnes hac tempestate à sanguinis missione abhorrentes, vt diximus, eius vice medicamentis vniuersit soluentibus, & iis quidem validioribus, vt nonnulli ne antimonio quidem parcant, aut euphorbio, aut præcipitato, aut si quid iis magis violentum, & furens inuenire licet, afferunt enim peccate in peste humores malignos, venenosos, rebelles, qui nullam protinus à natura correctionem, aut concionem recipere possunt; ac proinde illos esse quam primam à corpore abigendos.

F 5 Aduer

Aduersus horum sententiam non est mei instituti pluribus in praesentia disputare; qui id ex proposito satis, super que feci in particulari disputatione. Illud tantum immutabili Hippocratis, ac praestantissimi cuiusq; medici decreto statuendum esse ait; nunquam licet medicamentis vel soluentibus, nisi humores concocti sint, & à natura edomiti, aut certe nisi turgeant, sponteque ad motum ferantur. Quod quidem praeceptum si alias vñquam, tum vero in peste verissimum esse censio: neque enim video qui fieri possit, vt iithac medicamenta suapte natura calidiora, & veneni non omnino experta, atque adeo natura hominis aduersa, non sint potius febrem auctura, & detrimenti plus, quam emolumenti allarura. Quod co maiori consideratione dignum videtur, cu plerique in pestilentia facile in aliis fluxum incidere solcant. Hippocrate, atque vna Galeno afferentibus in pestilentia eorū tempore grassantibus medicamenta non contulisse, sed omnes prope interisse cum colligatione, & fluxu excrementorum liquidorum, & corruptorum. Id quod particulatum Cornelius quoq; Celsus animaduertit, videtur, qui scriptum reliquit in pestilentia ciendam non esse aluum, immo vero si sponte fluenter, adstringendam.

Quod si vñquam aut experientia docuit, aut nobilis quispiam medicus scriptū reliquit, aluum fluentem huiusmodi agrotis aliquando profuisse, sicut illis euenis. apud Galenū, qui ex pestilētia vñceter aperat arterie laborantes vomitū in primis, & ventris fluxione sanati sunt, illud profecto verissime, & probabile, vel magis necessariū est minime in principio morbi, sed post coctionem euensis.

4. Aph. 22. Quod enim (ait Galenus) aliquis incipit morbus, si quid excernitur, nihil tunc natura lege, & ratione excernitur, sed sunt omnia symptomata eorum, qua præter naturam sunt in corpore, dispositionum: quo enim tempore à causis morbum facientibus natura graviatur, & adest cruditas humorum, tunc aliquid utiliter vacuari est impossibile; siquidem vt bona crīsis sit, oportet coctionem præire, secretionē subsequi, ac demum vacationem. Et particulariter de detectionibus nigris, in pestilētia sermonem habens, quamplurima (ait) exmodi excrementa pestilentia morbo illo diuturno vñdimus, quæ non magis in iis, qui exitio proximi erant, quam in salvandis apparebant, non tamen vel in principio, vel incremento morborum conficiebantur: tunc enim quæ educebantur, erant & flava, & rufa, colore colliquamenta: quæ vero mox apparebant, nigra erat veluti sanguinis fex, sive ipso sanguine superflato, sive ex irane aliquam putredinem nacta, originem habuissent, non aliter ac in ventriculi sit cruditatibus, cum in vitiosos humorum cibariorum corruptela terminatur. Quare ab initio quidem nunquam in bonum apparere solent huiusmodi detectiones, vt pote magnam visceris lesionem ostendentes, vigorem autem sequuntur, natura tunc supervacanea expurgante. Verum ista hoc aphorismo non distinxit Hippocrates, quamvis alibi dixerit in vñiuersum, Signa iudicatoria, id est, quæ in melius decernunt, non protinus apparere, &c. Qui vero pestilentes humorē nullā omnino coctionem suscipere posse contendunt, ridenti sun potius quam refellendi. Discere enim ab iis libenter ego velim, quæ lege, & ratione euadant, qui huiusmodi morbis aliquando sunt superfites: quod confirmat

3. de pref. ex puls. 2. 3. experientia, & particulariter scribit Gal. euensis in maxima pestilentia sui temporis, in qua ipsum quidē cordis corpus occupante putredine, atque adeo febre hecstica laborantes omnes interierunt, at in quibus calor putridus ad humorē, quos continent cordis sinus, magis deflexisset, quam ad corpus ipsum visceris, horum multe evaserunt. Quandoquidē si morbus nullus, quod idem Gal. scriptū reliquit, absque

indicis coctionis dissolui potest, vt isti humorē quantumvis venenati, & rebellēs *De conf. art. natura legib; obediens, atque adeo coctionem recipere possint, fateamur, necesse med. c. 18.*

est. Quod si contra se res habet, vt isti somniant, iā satis vnicuique potest constare neminem vñquam pestilentia corruptum evadere posse: vnde huiusmodi agrotis nullo tempore, vel medicamentum exhibendum, vel aliud maius præsidium adhibendū est, si Galeno credimus, qui in iis dumtaxat morbis, in quibus agrum con- 2. *Aph. com.* ualitatem esse speramus, tum sanguinis missione, tum purgationem aggredien- 29. dam esse docet. Itaque tu alis in morbis, tum maxime in pestilentia decretū Hippocratis, & Galeni religiose seruandum esse nos arbitramur, vt ante humorū coctionē, si modo illi non turgent, nisi vñquam, & nunquam exhibeantur soluentia medicamenta. Qualis autē sit vis huius vocis (turgere) & quod humorē in pestilentia perpetuo non turgeant suo loco monstrauimus. Et quanquā non exhibito medicamenta plerique agrotantes intereunt, quod aduersari nobis obiciunt, nonne illo exhibito plurimi, fortasse frequentius moriuntur? Illud profecto inter nos interest, quod illi preter rationē, & summorum medicorum dogmata agunt; nos contra rationē, & præclarissimorum hominum disciplinam imitamus; à qua nunquam desciscere decet, & si res minus profere succedant, quando prudentes viri consilia non ex euenti, sed rationē, & illustrium hominum testimonium probare debent. Quamobr ita ego statuendum censio, morborum initio omittenda prorsus esse tum quæ diximus medicamenta, quæ venena potius detestanda sunt, tum vero quævis alia quoque validiora, & vehementia. Ceterū si ita ferat occasio, negligendus non est vñsus alicuius medicamenti facilioris, ac lenientis, quod agrum refrigeret, vt pote flagrantē, & succensum, vt esse omnes fere solent, tum etiam ventriculum, & primas venas evacuet; cuiusmodi cassia et, manna, syr. rosac. sol. violac. & simili. In primis vero, nisi aliis sponte deiiciat, profuturos plurimum existimo clystères ex reb. frigidiorib; decocto lactuca, violaria, malvae, melle violaceo, oleo violaceo, speciatimque prislana hordeacea cum quis, qui maxime probantur Aerio: qui quidem clystères, quotidie, & semel, & bis administrantur, quanquam alias me legisse memini apud celebrem quendam medicum, qui diu, ac summa cum laude in Parauino gymnasio profesus est, & qui si Dis placet) principem in vñiuera Europa locum obtinere creditus est, vñsum clysteriōt in pestilentia febre ita pernicio- sum esse, vt nihil perniciosius excogitari possit; quod sane commentū, ac somnum tum ratione, tum sensu & experientia vñq; adeo vanum esse deprehenditur, vt longiori confutatione non egat. Porro cum in hoc morbo, perinde atque in carceris omnibus vñiuera spes salutis in eo cōsistat, vt natura causas morbi facias, & domet, & humoribus peccantibus dominetur, quam ego conceptionem voco, sine qua (vt modo diximus) æger sanitati restituī nunquam potest, in hoc ipsum omni studio incumbendum est. Id nos assequimur, partim recta viētus ratione instituta, partim medicamentis & antidotis, quibus virtute humorū qualitates remittantur, copia vacuetur, obstrūctiones aperiantur, calor denique naturalis corroboretur, quæ hac in re posteriores posita sunt curandi indicationes, & quibus apud medicos ea natura operatio, quam coctionem dicimus, iuuari, & promoueri creditur. Vtrumque nos caput breuiter persequemur, cu superius de prescritione tractantes, de vñisque sat loquuti sinus, quæ non incommodo ad præsentem locū sunt transferenda, itaque cibaria, quod ad qualitatem spectat, sint boni succi, cocta facili, paucorum excrementorū, & si febris adsit, vt plerunque sit, frigidiora, & humili-

diora tatu actu, quam potestate, quibus tam ratione summa humorum putredinis, cuius certe indicationis obliuisci nunquam licet, in eo qui nonnulli possunt eorum, qua malignitatem possunt oppugnare, citri, acetofæ, borraginis, illud semper sedulo animaduertendo, & ab infusaibus, & ingratiss caueamus, qua ægrotantis appetentiam enuertere & prosternere possunt. Quantitas ciborum, si communem opinionem sequamur, copiosa sit oportet, quo vires conseruentur, & fiant validiores, que in tanto discrimine constitutæ, non nisi labefactati, & magnam iacturam facerent solent. Ego vero in aduersari venio sententiam, atque huiusmodi ægrotoris arbitror parce admodum aleandos esse, cum morbus hic, si quis alius sit acutissimus, ac proinde tenuorem victum requirat.

Cæterum cum haec sententia fere sit præter omnium opinionem, adeoque mirabile paradoxum videri possit, illa me hic paulisper considerere, & immorari cogit. Quod eo libentius facimus, quod satis constat hanc rem permagni momenti esse, atque ad salutem hominum maxime pertinere. Primum autem sunt nonnulli, qui contendunt in viuenterum hoc tempore nullo in morbo competere tenuerit illam vietus rationem, que ab antiquioribus, potissimum Hippo & Gal, tradita est; quod corpora nostra iam non æque sint robusta, neq; alimenta parés nutriendi vires habent, ac superiore tempore: præterea vero quod infelix haec nostra ætas luxui, delitatis, & crapulæ lôge magis indulget, quam inquam alias factum sit. Atqui huius opinionis leuitas a doctissimi viris tamdiu confutata non desiderat longorem orationis. Etenim corpora, atque alimenta omnia nostro tempore eisdem viribus esse prædicta, neque minus robusta, quam inquam fuerint præterito, vnicuique placere constare potest, qui sp̄tis, ac repudiatis fabulis poëtarum, memoria teneat, narratam, quocunq; munere obeundo admirabilē constantiam, & incredibilē quandam æquabilitatem immutabili prorsus perpetuitate tueri, mundum in præsentia omnino eundem esse, qui olim fuerit. Cœlū vna eademque naturali conuersione contorqueri, terram suis librataam ponderibus immotam stare, Solem suis circuitus nulla ex parte immutatos pectuuntre, omne sidus suis fixum, suis errans eandē statutus rationem obtinere, anni tempora eundem ordinem seruare, ac ex altera demum omnia, que longe maxima sunt, hoc tempore eodem certe modo constare, quo ante solita sunt. Quod si natura, sicuti rerum omnium est vicissim, ita carūdem effet imminutio, & declinatio, ut post longissima tempora omnia coruant, & ad nihil deducantur, fatearis necesse est: quo sanè evidenti arguento vniuersa philosophi disciplina facile posset non modo labefactari, sed penitus etiam subverti. Quod vero ad luxum nostrorū temporum perithei, tantu abest, ut huiusmodi ratio aduersus alteram sententiam demonstret, ut magis illā confirmetur: vasa enim affidnis cibis, si que multis prorsus teplata, & distenta non iniuria tenuem vietus rationē indicare, atque exposcere mihi videntur. Vnde Gal. hanc ipsam ob causam diuitiis, quod plures illi ex luxu, & ciborum intemperantia humores congerant, sanguinis missione lumens consulit. Cum igitur corpora, alimenta, & res omnes eadē sine in præsentia, que millefimo ante anno fuerint, cum præterea luxus & crapula, si modo nos sumus veteribus magis intemperati, vietus rationem potius tenuem, quam pleniorē postulare videantur, mox inquietandum est, quid hac de re statuerint summi viri, quid ratio præscribat, & quantum nāri vietus conueniat in morbis pestilētibus. Id nos facile asequemur, si primū intelligamus, vnde in morbis sumatur indicationes instituendi vietus: tum vero quales sunt illæ differentiae, que vniuersam

21. Mab. c.
25.

uersam illius quantitatē amplectuntur: quod tamen paucis indicamus, ne si omnia persequi velimus, quæcumque ad hanc rem pertinent, preter institutum nostrum simus longiores. Totius vietus rationem in quoconque morbo ex duabus sumi indicationibus tam est notum, quam quod notissimum, nempe ex summo totius morbi vigore, & ex viribus ægrotantis: cum enim cibus exhibetur virium gratia, non morbi illud unum medicus prospicere debet, ut neque plura, neque pauciora alimenta ægroti offerat, quam quibus ille perdurare possit usque ad statum, ita quidem ut si inedia simplici eo usque citra virium lapsum ager sufficeret possit, nihil illi prorsus ciborum sit exhibendum. Hoc admodum luculentiter docet Hipp. cum aliis aphorismis, cum illo in primis. Comitecet autem oportet, num æger possit cum vietu, quem præscipisti, ad vigorem usque morbi perdutum: Et numquid ille prius deficit, nec cum illo vietu durare queat: aut morbus antea deficit, & obtundatur. Verum enim uero, quod attinet ad vietus differentias, quibus uti ægri conseruerint, ut interea prætermittamus, quæ de vietu simpliciter tenui, exquisite tenui, tenuissimo arque extreme tenuissimo sunt à medicis memoria prodita, quæ certe nonnūla haec noctis tempora vix agnoscent, Galen, accommodata in hinc rei divisionem statuisse videtur, quo loco vna habita virium ratione omnem cibura in plenum, moderatum, & tenuem pulchre partitus est, illa sane methodo, ut plenus vires augere, moderatus seruare, tenuis imminuere possit. Vietus plenus, & qui aptus est ad augendas vires, ille est, qui fit per oua, alicam, pisces, & alia huiusmodi: tenuis, & qui vires minuere potest, qui fit per pauca, & parum nutrientia edulia, qualis est pisana succus: moderatum autem vietus, & qui ad conferandas vires sit idoneus, quanquam hoc loco Galen non explicat, nos tamen duobus constitutis extremis facile coniicie possumus illum esse, qui virtusque sit participes. His hunc in modum positis rem ipsam aggreditur cum Galeno, qui sic ait.

In ægrotantibus raro fit, ut vires quam inuenierimus, maiores reddamus, sed fere semper operam damus, ut in longis quidem morbis easdem retineamus, ac tueamur; in acutis vero modice immunitas conseruerint: nam si in iis semper vel quales accepimus seruare, vel etiam augere studierimus, morbum procul dubio augebitur. Ex quo sane vel uno loco manifeste vires quicunque potest intelligere in ratione curandi morbos acutos, vietu plenam, & præterea moderatum fere prorsus explodi, non aliud vero, quam tenuem recipi. Quia de re si legantur medici quicunque hoc argumentum traxerint, tot præsto sunt grauissimorum hominum testimonia, & argumenta omni luce clariora, quæ certe ignorari non possunt, ut superiacentum sit plura hinc in medium afferre. Cum autem omnia in consensione constet, pestilentis morbos acutos esse, ut illis tenuis duntaxat vietus conueniat, quod omnis ratio colligit, & demonstrat, fatearis necesse est, ita ut certe vix viles dubitatione, vel disputationi locus superesse videatur. Cæterum audiamos aduersarios, illos quidem non modo vulgares, & ignaros homines, sed nobilissimos & prima notæ viros, quorum autoritas magna est, qui alterius sententie patroni constanter assuerant huiusmodi morbis tenuem vietus rationem minime conuenire, adeo ut infelicitere admodum cū illis ægrotis agi prædicent, quibus medicis pleniorē cibum non exhibent. Ex omnibus enim morbis acutis, quibus tenuem vietus rationem competere nemo negat, vnos pestilentis morbos illi exigiendos esse tradunt, quod ob morbi malignitatem, & insignem putredinem plurimi spiritus dissoluuntur, ac vires labefacentur, quas contra non modo robustas conservare,

sed

I. Aph. 9.

92. sed etiam augere maxime expedire, ut morbo grauissimo superiores esse, & victoriam consequi possint. In qua præterea sententia tuum alios, cum maxime Gal. Auic. & Aetius fuisse contendunt: quorum illi ægrotos in pestilentia ad cibos assumentes cogendos esse docent; hic manifesto scriptum reliquit, non esse adhibenda cibi contractionem, siquidem fames peiorum materialia facit, & vires concindit, quas integras seruare voluntus. Particulatum autem Gal. tradens quasdam regulas instituendi vietas. Si virtus valida (ait) cum defecatu, aut depravatione humorum sit coniuncta (quod fere in pestilentia solet eueneri) tunc & multa cibaria, & saepe sunt sic affectis adhibenda, nimis multa exigente affectu, & ea concomitentes, & euincere potente virtute. At vero haec, quamquam aliquam veri speciem praefereunt, si accurate considerentur, neque vera, neque verisimilia esse constabit. Quod enim primū pertinet ab robur virium, quod tantopere aduersarij nobis opponunt, ignorare illi videntur; qua ratione corpora nutriantur, vires conseruentur, augeantur, & tandem morbos superent. Namque si nobis sicutum esset alimenta statim cocta, & assimilata apponere ipsis membris, utique expediter easdem quam plurima, & multum nutritientia perpetuo exhibere, non modo in morbis pestiferis, sed aliis omnibus; quando quidem circa omnem controversiam, vires in primis laborant, & pinguis exercent aduersus morbos, causisque morborum, quas propterea longe præstat quoquis tempore valentes, & robustas esse. At qui quoniama alimenta non sunt similia membris, sed ut assimilantur, coctione indigent, & distributione, ut nutritio componatur, adeoque vires tum conseruentur, tum augeantur, ut illæ eadem circa alimæsi exhibiti, coctionem, & distributionem verentur, & occupentur, netesci est: quo quidem tempore fieri non potest, quin illæ distrahabantur a pinguis, & coctione morbi, qui interea liberas habendas sortitus omnino fortior erudit, & maiori cum impetu naturam aggreditur, adeo ut mox vires ipsæ labefactari, & tandem succumbere cogantur. Cum igitur quandiu natura occupatur, in coctione alimenti, tandem distraharunt a coctione humorum noxiorum, quo copiosius illud exhibetur, eo longiori tempore nulli nō manifestum esse potest, illam deficere ab altera coctione: unde est illud Gal. vires abstinentiam, quantu prodest ad morbi coctionem, tantum, vel etiam amplius officere viribus; Contra vero cibos, tantum coctiones morborum impedire, quantu illi ægroti robur adaugent. Itaq; tantum abest, ut copiosiore vietas ratione medici vires conseruent, aut augeant, & cui rei in primis student, ut illas magis labefaciant, atque deliciant. Nota est sententia Hippocratis, impura corpora, quo plus nutririuntur, eo magis laedi. Neq; Gal. Auic. aut alium eruditum medicum aliter sentire nos arbitramur. Auic. verba illa sunt. Es quando cadit appetitus, restaurantur ad coctionem, nam corum plurimi, qui viriliter agunt super illud, & comedunt violenter, absoluuntur, & vivunt. Quæduob; procul ille accepit ab Hippoc. & Gal. Omnes (inquit Hipp.) in quos equidem tam incidi, cibum, quoconque detinerentur prædictorum morborum, fastidiebant. Quem locum (ut id obiter animaduertamus) oscitantes, ac temere peruerterit, qui centurias curationum medicinalium, nuper edidit, egregia sane interpretatione affuerans, Hipp. in plerosque omnes morbos, qui in pestilentia illa constitutione, gravabantur, incidisse, quod tam abest à veritate, ut nihil magis veritati possit esse contrarium: siquidem illum de hominibus, in quos incidit, minime de morbis servidio habere tam est certum, quam quod certissimum. Gal. pariter, ciborum fastidium (ait) omnes cepit, qui in peste diuturna, quæ modo viguit, lababantur: quæfa-

TRACTAT. PRIMI LIBER SECUNDVS. 93
re factum est, ut multi morerentur: fortiores ergo, qui vim sibi ipsis afferentes, cibum oblatum assumperunt, omnes fere superstites fuerunt: plurimi autem mori, quam comedere quicquam prius duxerunt. Illi haec tenus. Quibus in locis non aliud docent, quam si contingat (contingit autem saepius) ut ægri cibos fastidiant, quod expedit ipsis cogere, & nihil intentatum relinquere, ut cibos assument: quod quidem præclare dictum, rationi maxime consentaneum libenter nos suscipimus, atque id à nemine in controversiam renocari debet. Illud autem primum est animaduertendum, huiusmodi præceptum de cogendis ægrotis ad cibum assumentum, particulare esse, atque hoc uno termino circumscribi, si æges omnem cibum fastidierit, quod non perpetuo fieri, satis vincuque potest constare, qui memoria repeat: huiusmodi symptomata in plerisque pestilentis non eueniunt. Quamobrem minime decet, aut licet, quod particulatum, ac semel euenit, illud in vinculum statuisse, ut omnibus pestifero morbo male affectis copiosior cibus sit exhibundus: quanquam neque hoc certe statuant viri grauissimi, licet hos locos ad pestilentem omnes morbos percire velis. Fortiores (ait Gal.) qui vim sibi ipsis afferentes, oblatum cibum assumperunt, quem proculdubio alium interpretari non licet, quam accommodatum, & opportune institutum, sumpta indicacione à statu morbi, & viribus ægrotantis, minime vero plenum, ut inepte quidam interpretantur. Quod si ita licet autorum verba interpretari: qui vim sibi ipsis afferentes oblatum cibū assumperunt, hoc est, qui copiosiores cibum ingurgitarent, iam nihil est, quod nos hac interpretandi ratione nobis fingere, & alios docere non possumus. Sed Auic. plane, & perspicue sententiam hac in te suam explicat. Et quando (inquit) cadit appetitus, restaurantur ad coctionem: nam plurimi eorum, qui viriliter agunt super illud, & comedunt violenter, absoluuntur, & vivunt: Et necesse est restaurare eos super cibum: Et oportet, ut sint cibi eorum ex acetosis, & desiccatis, & sint paucæ quantitatibus: Cibi namque eorum sunt iterum mali, quare nocet eorum multitudine, in quantum fit additio, & nocent in quantum sunt mali. Hec ille. Quod ad Aerium pertinet, ut libere dicam, quod scatio sum ego neficius, quanti facienda sit illius autoritas, cum illum se penumero videam ab Hipp. & Gal. dissentientem, aliquando etiam sibi ipsi repugnantem: ut hoc ipso in loco accidit: quando hoc ipso capite paulo antea vix decem versus suis interiectis ciborum contractione vtendum esse docet, quo vindicat multitudine tollatur. Quoso autem qualis est isthac scribenda ratio: In pestilentibus, & carbunculosis venæ quidem sectionem adhibemus statim in principio, non autem cibi contractionem: Si venæ secatio opportune administratur, quamobrem cibi contractione importune adhibetur? An non viriusque præsidij eadem est ratio? Quid illud sibi vult? Fames peiorum materialiam facit.

Ego sane huius dictioris vim haud satis intelligo. Quam doctrina inconstantiam, & varietatem vñusquisque passim in hoc autore deprehendere potest, qui illius lectioni est deditus; adeo ut forte non sine iudicio, & delectu illius disciplinae vniuersim acquisendum sit. Niſi forte vir alioqui doctissimus excusat, quod plerunque diuersorum hominum sententias, & verba referens, ut in praesentia de Herodoti sententia eum loqui constat, ille quoque sa penumero varius, neque satis sibi constans videui possit. Neq; vero postremus locus ex Gal. Commentatio petrus magis aduersarij sententiam confirmat. Primū enim Hipp. & Gal. hic minime loquuntur de quantitate ciborum, quod perspicue notat. Gal. initio comment.

sed

2. ad Gal. c.

19.

3. 4. cap. 4.

3. Epid. sec.

3. rex. 58.

Amar. Luf.

Gom. 1. Cur.

100. 58.

sed de eorundem modo, hoc est nunquid semel, aut sèpius quolibet die, vel nocte plura, vel pauciora particulatim sint exhibenda, cum superioris de cōrum quantitate, & qualitate loquuntur fuerint. Sed esto, hoc quoque illis concedatur, vt de quantitate seruonem habeant, si Gal. præceptum accurate animaduertunt, illud pariter iam nihil ad eos pertinet, siquidem omnes pestilentia laborantes (quod eis placet) vires habent imbecilliores, atque hanc vnam in primis ob causam multa eis alimenta exhibenda esse contendunt; id quod à mente Gal. propositus est alienum, qui, si vires sint validiores, copiosiora alimenta concedit, & rationem addit, quod vis fortis ea coquere, & euincere possit: quia si vires minus valeant, quod in hoc loco aliae regule docentes, alimenta parce exhibita magis conueniant, quod vis languida multa alimenta coquere nequeat. Sed in re aliqui satis perspicua nolo esse prolixior. Itaque ad me rediens, vt omnia complectar uno verbo, ego his agrotis neque carnes concesserim, neque vinum, neque olera, neque aliud quipiam præter panem ex aqua, vel iure coctum, prisanam hordéacum, vel aliud huūsmodi, aut oua recentia. Potus sit aqua, cui incocta sunt acetosa, citrum, aut aliud simile. Quod si forte ad insignem delaberentur imbecillitatem, vini aliquid libenter eis permittere oligophori, aut aqua diluti ex acetosa, & rosas, vel alia re huūsmodi. Porro quæcunque tandem, & quantacunque sint alimenta, illa particulatim exhibenda, ac distribuenda sunt, vt morbus potissimum, & vires, tum vero artas, consuetudo, tempus anni, & cetera, eandem rationem forta demonstrant, de quibus diffuse Gal. Quod tertium est caput, quod vniuersam virtutem rationem comprehendit.

Superuacaneum (arbitror) fore illa omnia in præsencia reperete, quæ superioris de aere, deque aliis ad virtutem rationem attinentibus sunt dicta, cum ea licet ut unicuique ad præsentem locum transferre, vt occasio postulare videbitur. Igitur vt ad medicamenta transfeamus, quæ humores parare, obstructions aperire, calorem natuum roborare, coctionem iuare creduntur, de iis quoque superiorius aliqua ex parte loquuntur sumus. Atque ea quidem plurima sunt, & diuersorum generum sed nos hic ea breuiter commemorabimus, quæ maxime omnium faciliter sunt, & familiaria. Taliæ decocta sunt ex accommodatis simplicibus medicamentis, acetosa, borragine, buglosso, pentaphyllo, cichoraceis, Aristolochia rot, secardium, dictamnus, calidiora sunt aliquanto, & amara; sed plane optima. Si licet syropos petere à pharmacopolis paratos, sumantur qui ex eisdem rebus constant, tum vero acetofus, rosaceus, & corticibus citti, & similes. Condita, lucci, pulueres ex iis ipsiis medicamentis aut per se sumpta, aut inter se mixta, huic vni sunt valde accommodata. At tamē, vt fere ad frigidius vèrgant, quantum res ipsa postulare videbitur. Præclare idem præstare solent magna medicamenta, theriacæ, Mithridactum, & alia huūsmodi.

Apud Gal. miram quandam prærogatiuam habere videtur bolus Armena, non quidem in præseruando solum, vt multi opinantur, sed potissimum in curando. Veruntamen cum de iis omnibus non modo in vniuersum, sed etiam particulatim nos supra, latis, superque tractauerimus; cum præterea commentaria tum antiquitas, tum recens hac de re edita hanc partem copiosissime tractent, non est, vt nos in præsencia longiorum eiusmodi medicamentorum catalogum in temere instituamus. Illud vnum præterissimè nequeo, quod memini superiorius quoq; nre animaduertisse prudentissime vnumquemq; facturū, si prætermis sfigmentis, ac somniis vanissimis, quæ omni ratione & iudicio carent, iis medicamentis vtatur, tū simplibus, tū compositis, tum interiori, tū exteriori, quæ antiquorum, atq; illustriū viro-

rum testimonio iamdiu confirmata sunt; tunc vero, si quædam pauca ex insinuitis ille feligit, neque pluribus uno tempore vtatur, quoruī fortè copia confusionem magis, quam aliquid emolumenti afferre solet; ac postremo si diligenter animū aduertat, vt ne temere, atque importune, quibuslibet tandem medicamentis vtatur, quod pleroque facere nouimus, sed ad summanam semper rationem habeat loci, temporis, ordinis, & eorum omnium, quæ ad hanc rem iure pertinent. In quibus quidem medicamentis, sive antidotis exhibendis illud quoque prætereundū non esse duxi, maiorem omnino illorum portionem in curatione, quam in præseruatione exhibendam esse, cum pestilentia laborantes maiore omnino præsidio indigeant, quam qui integræ adhuc sanitatem fruientes ab illa præseruatæ cupiunt: id quod Gal. 1. de Antid. etiam animaduertit, quæ quantitatem antidoti præseruationis gratia sumi solitam ad quadruplam, & quincuplam in curando augendam, neque ferme tantum, sed bis singulis quibusque diebus assūtendum esse voluit. Præsente iam humorum concoctione, quam ex lotio potissimum dignoscere licebit, ij poterunt educi aliquo medicarieno leniore, cuiusmodi pugnare ceteris videtur esse rhabarbarum, tanquam venenis oppugnandis, & cordi röbbrando maxime idoneum. Sed & de iis superiori traktione satis. Post hæc demū omnia ultimus restat, isque non exigui momenti scopus, vt membra laesa alterentur, permanentur, eorumque adeo virtus corrigantur. Quod perfici cum multis modis possit, præsternit nos consequemur, si primas illas qualitates, quæ excedere videbuntur, temperare, ac remittere, spiritus exolutos regenerare, calorem naturalem, quoad eius fieri potest, robore studeamus: Hæc vero præstant tum proba, vñctus ratio, tum idonea quædam medicamenta, de quibus vñctusque satis supèr; iā dictū est; neque est vt eadē frustra sèpius reperamus. Atque hactenus satis mihi videor dixisse de ratione tum perferuanda, cum curandæ pestis, quando præcipua certe huius rei capita posita sunt, ex quibus facile vñctusque sibi comparare potest, vt reor, quæcunque desiderari posse videntur.

Illud postremo tandem hoc loco erat nobis præpositum, vt tractaremus de nonnullis inorbis, & symptomatis, quæ majori ex parte in pestilentia solent evenire: Sed cum illa varia sint, & multa, quæ omnia persequi nimis opérsum, & longum esset, ex pluribus carbunculos, & bubones feligere, atque eorum curationem tradere statuimus, quod hæc ceteris magis frequentia sint, & periculosa. Ne maculis quidem, quæ petrichias vocant, pariter dicendum fuerat; sed diffusè de iis iamdiu tractauimus in curatione febris pestilentis: ad quem locum huūsmodi tractatio magis videtur pertinere. Itaque tractatus de curando carbunculo, & bubone, illud primum memoriam est repetendum, quod proprio libro diffusè statutum est; totius pestilentie summanam non aliunde originem ducere, ac propriam formam consequi, quam ex vñctimenti, insigni, & singulati quadam luminosum putredine, quos quidem vt pote naturæ noxios, infestos, ac maximam vim inferentes omnia adhibito conatu, aut extra corpus expellere, aut certe ad curam, communè totius corporis emanatorium, aliasque partes ignobiliores transmittere illa perpetuo conatur; quemadmodum in alijs quaque vñctimenti præpoductum omnibus extra appare solent maculæ, & alia indicia, de quibus tum alij, tum maxime Galen, loci sunt.

Ceterum, vt sunt varij propositi humores putridi, crassiores, vel tenuiores, benigniores, vel maligniores, vt varia sunt corporis partes, quæ potissimum laborant, vt demum natura, & vis magis, vel minus valer; ita multiplices, variae varijs in lo-

cis, ac vario tempore apparent illorum eruptiones: quas si leues fuerint, & summā cūtem tantum attingant, Græcis in vniuersum *ηεια θηυα* appellari nos existimamus: nam hoc nomine, de quo nostrates medici acriter disputare solent, ut alio loco diximus, & *σπαρτιανός*, & *πονθάργα*, & *ιανθίδης*, & *καρκίνος*, & alia multa, leuiorū tumorū genera comprehendunt nos arbitramur. Si vero illæ sint grandiores, aut planæ aut aliquo tumore notabiles, variis nominibus appellatūr, *φληματα*, *ερυθρελατα*, *herperes*, *anthracēs*, *bubones*, *parotides*: de quibus omnibus ceteri medici passim, Hipp. priuatum in pestilenti sua constitutione diffuse loquuntur est. Porro antequam huiusmodi tumorū curationem aggrediat, illorum naturam indicare, ac propriam formam describere decet, vt vnuſquisque morbos gravissimos, & periculissimos agnoscat, ne ye aliquis hac in re contingat error, vt forte carbunculum, vel bubonem malignum, tanquam nullius momenti, & periculi malum negligamus, vel contra alios tumores omnino leues, & ab omni periculo alienos, carbones, & bubones pestilentes temere, & turpiter censēamus. Atque hoc eo libentius facimus, quod hoc ipso tempore, dū hac scribimus, atque ita iubente magistratu, salubritatis urbis munus medicum sustinemus, iis de reb. sed numero disputare, ac fere digladiari mihi contigit aduersus ignaros quosdam, ne dicam insanos, aut flagitiosos homines, qui aut quæstu illiberali, & sordido capti, aut morbo nescio quo animi affecti, quanlibet maculam, & leuissimum quenque tumorem, vel homini aliquo perfecte sano, sine febre, sine dolore, ad sumnam fine malo, carbonem, & bubonem pestilentem nominare audent; adeo vt ciuitas Deci Opt. Max. beneficio iam incolmis atque ab omni morbo pestilenti fere libera quorundam nebulonū malitia, qui diligentiam magistratus, & omnia in deteriorem partem interpretantur, apud vicinas urbes, & omnium maxime illustris. Venetias adhuc male audiat, & tanquam seu pestilenta contaminata communī commercio sit interdicta. Sed rem aggredior. Quem carbonem, sive carbunculum Latini, anthracēm Græci, prunam, & ignem persicū medici Arabes appellat: quanquam huius ætatis chirurgi inepte, ac temere anthracē peculiari nomine vocant, qui omnino est deterior, & malignior, & illum à carbunculo insigni veneno, & malignitate distinguere solent. De carbunculo varis in locis tractat Gal. quinā humores illum efficiant, quæ propria sit illius forma, & quæ symptomata eum sequantur, sed nullibi magis accurate, quam libro de Art. cur. ad Glauc. iis verbis, Cū sanguis adiudicatum calidus, & crassus est in quacumque partem cōficitur fluixerit, hanc exurit, vleusque cum crusta efficit; quiequid vero circumstat, inflammationē attollit fuerūtē, graniterque dolentē. Vocatur autē huiusmodi affect⁹ carbunculus. Quod si influens sanguinis niger fuerit, crassus, faculentus ac feruidus, qualis est prior, admistaque sanies quandam tenet habeat pustulae in cutis superficie oriuntur his, quæ ex igne sunt similes, sub quibus ruptis crustosum vleus inuenitur: est & hic affectus etiam carbunculus. Ex quo loco, & aliis huic cōsenientibus facile vnuſquisque potest intelligere, carbunculum Gal. ex influētē sanguine nigro, crassoque, ac faculentō, terre que feruētē atque impense calido ortū ducere, cui si tenues quædā humiditates admista fuerint, pustulae quædam ambustis consimiles per summa cutis excitari solent, quæ certe inflammationē recentiores carbunculum cum pustula nominant. Quæquā vero carbunculus & circa pustula, pustulasve aliquando nascitur, tamen quonibus in vniuersum crustosum vleus sit. Diximus autē circa pustula, pustulasve, quoniā vna dūtaxat interdū pustula maiuscule cum

Lib. 2. ca. 1.

cum hoc morbo exoritur, sepius vero non vna tantum propria propria erupit, sed multæ exiles, ver luti milij sc̄mina cr̄bra in particula residētes: quibus ruptis perpetuo crustaceum vleus prouenit, quale ferramenta carentia solent excitare. Porro autem crusta ipsa modo cinereum colorem, modo nigrem quendam præ se fert, coque in loco leuati cutis non potest, sed inferiori carpi quasi affixa est: caro circumiacens in summatu, ac feruidam peruenit inflammationem, qua colete nigrescit, splendetque bituminis, & picis modo, veluti si pluseculo rubro minus misceas nigri: talis enim est color bils exacte attra.

Atque hæ quidem proprie videntur nota carbunculi ex ipso affectu desumptæ: quibus deinceps accedit grauis, & molestus admodum laborantis particulæ dolor, perinde ac si vinculis esset vehementer consticta: necesse quoque qui ita sunt affecti, febricitare nos existimamus, quanquam alij alter sentiunt. Demumque laborantes, si carbunculus sit malignior, naufea quoque & frequenti vomitu, ac omnimoda appetitus prostratione, aliquando etiam tremore cordis, palpitatione, frequenti animi defectiōne, alisque huiusmodi vertendis symptomatis misere torqueri consuererunt. Hæc nos ex Gal. pluribus in locis, ac Ioann. Tagaultio viro doctissimo, qui fere omnia ex Gal. transcripsit. Porro ex iis iam facile vnuſquisque potest intelligere, in quanto errore versentur non solū vulgares plerique omnes, sed etiam medici quicunque plures tumores quiduis aliud, quam carbonis speciem referentes, ab omni seu symptomate, adeoque ab omni periculo alienos, magna frōte, ac supercilios carbones legitimos esse prædicant. Nescio an aliquādo mihi risum magis quam stomachum moueri contigerit, audiens imaginarios istorum carbones absque vlo præsidio postridie sanatos fuisse. Quod si omnis carbunculus quovis tempore morbus est malignus, & periculosus, vt ille pestilentia tempore sit longe malignior, & periculosior, necesse est. Carbunculorum (ait Gal.) perpetuo est periculosis affectus, nam ex virtutis constat humoribus: quare nunc erat verisimile fuisse pernicioſissimum eum, qui ultra natum malignitatē, etiam quam status affectebat, adiunctam haberet. At vero si quis adhuc magis distincte huius horribilis morbi signa prognostica intelligere cupit, quanquam omnis carbunculus morbus est acutus, & periculosus, omnī tamē pestilens est Auic. & maxime lethalis, qui in emunctoriis, & prope mubra principia enascitur. Sic apud Celsū si circa stomachum, sive cesophagū, faucesve ille incidat, subito spiritu saeper elidit. Auic. pariter minus lethalis est carbunculus, qui primam rabet, deinde citrinus apparer; qui vero liuescit, aut nigrificat, nemine ferè non iugular; nullus tamē ex sua natura non periculosisſim⁹ censetur. Si demum accidentia, quæ fere hunc morbū comitati solent, plurimum remittantur, spes aliqua nobis promittitur: si vero magis atque magis saeper intendantur, & vehementiora fiant, tunc plane est desperandum. Sed curationem aggredientes, prætermissa in præsentia congrua victus ratione, & aliis capitibus, quæ superius explicata opportune huc sunt transferenda, si alij adhuc sanguinis mittendi principes scopi, statim ab initio vena est incidenta, sanguisque educendus vel ad animi defectum vsque: quæ Gal. Auic. & omnium est sententia. Quod si forte minus timidi nos tamē non audeamus, sanguinem certe copiose & vittere expedir, quādo ònis fere spes salutis in hoc potissimum præsidio posita esse videtur. Neque viros grauissimos in morbo omnium malignissimo, & venenosissimo materiæ venenatæ reuulsionem, & ad interna tractionem pertimescere videmus, quam isti in morbis pestiferis venæ sectione fieri prædicant. Venæ autē secundæ electio ex la-

14. meth. c.
10. 5. de med.
fig. ca. 15.
De temp.
nat. 6. & al.6. Epid. 5. 12.
3. com. 12.3.4. trac. 1. 6.
7. lib. 9. c. 28.

borante in primis particula nobis indicatur: siquidem illud perpetuum est obseruantum, ut vena è directo pertundatur: vnde pro vario partis situ varijs quoque vena, modo superior, modo inferior secati potest. **Sexta vena**, aut etiam primo quoque tempore plerique omnes carbunculi sacrificationem protinus aggrediuntur, & plagijs quidem satis profundis. Alij cucurbitulis, hirundinibus, suetu, medicamentis trahentibus validissimis, ipso demum igne, ac oīnī studio virus vniuersum, & malignum humorē ad locum carbone obfusum euocare, & allucere contendunt. Quae sane curādi ratio (ut dicā ingenue quod sentio) si nullo adhibito iudicio, ac perpe-
tuo administraretur, mihi haud quaquā probatur. Et enim si accidat (accidit autem forte saepius) vt valide adhuc, atque affatim irruat fluxio, vrgeat; dolor vehementissimus, difficile, ne dicā impossibile fore arbitror, si quis illico ad scarificationem, & incisionem veniat, ad medicamenta acerima, atque alias huiusmodi violentas operationes, quin vna rotum malum exasperetur, ingrauecat dolor, augearit febris, malignitati fiat accessio; ac denique amors immanis; & præsentanea consequatur. Quare antequam adhacq; deueniamus, dolorem primū lenire, ac fluxionem impetrū aliqua ex parte cōpescere decet. **Quod profecto** neque à Gale, disciplina est alienum: quanquam vñ laboranti particula medicamenta valde repellentia haudquam admoueri dehinc quę omnis alioqui incipiens inflammatio desiderare videatur, quando eiusmodi fluxione propter humoris crassitudinem atque etiam malitiā auertere nō licet, neque tamē cōtra afflueris is humor ipso Gal. autore permittendus est. Itaque huius rei dōcōmodata cōfidevidentur illa remedia, quæ moderante reprimendo, quoquo modo digerente, tēu dissipare possint. Talia occurunt plurima tum apud antiquos, tum apud recentiores medicos; sed Gal. in primis familiare est cataplasma, tum quod ex plantagine conficitur, tum quod ex lente bis cōcta constat, iis: admista mīta panis in furno cocti, qui quidem sit nec omnino à furure purus, nec nimium eius habens. Huiusmodi cataplasma recentioribus appellatur emplastrum de arnoglossi, cuius forma apud eos est talis. Rec. arnoglossi, lentiū, panis, furnacei an. part. &c. coquuntur in aqua. His gallas addit Auicenna. **Quod si** nos præterea addere velimus aliud medicamentum malignitati resistens, puta lardum, scabiosam, aut aliud simile, hoc apud me fuerit medicamentum initio valde accommodatum.

Aliud Auicen. hac ipse probatur cataplasma, quod constat integris duobus maniis granatis minutatim cōcisis, in acetō decoctis, aut aqua acetosa, quod certe præstansissimum ēstè nos etiam, illoque non solum ad hunc vñsum, sed alias sepiissime vti consuetum. Qui placa-huius generis medicamenta cupit, apud alios copiosam eorum sylvam sibi facile comparare potest. Si vinas maxime dolor vrgeat, vt sepenumero euensis vidithus, huius potissimum, vt diximus habenda est ratio, aliquo adhibito medicamento anodynō, quod illum permulcere omnino, & mitigare possit, quale esset lacrecessis cum pane furfuraceo, succo plantaginis, scabiosa, aut consuili. Sin autem dolor sit remissior, & fluxior tardius tibi moueti videatur, festa vena protinus eiusmodi tumorem scarificare expedit, plagijs quidem ob infestantis succi crassitudinem, satis profundis, quae nimurum, vt Gal. placet, mediocribus sint altiores. Cæterum hoc tempore super ipsum crustosum vlcus, atque eo magis, si membrum putrefit, valens aliquod medicamentum, & quod vehementer exsiccet; imponendum est, cuiusmodi præter cetera Gal. maxime probantur trochisci Andronis, Musæ, Pasioñis, vel Polyde ad sordium crassitudinem vno ali-

quo

quo dulci, vel sapidum. Nostri chirurgi familiaria sunt vnguentū egyptiacum, Apolitolrum, & alia hirtissimodi. Quo loco nulli non constat, in quanto errore ventur vulgaris medici, atque omnium maxime vespibones apud Lazaretum chirurgi personam sustinentes, qui curandis carbunculis solent admodum medicamenta, que concoquunt, & pus mouent; quae quidem non solum importune, sed etiam perniciose adhiberi, adeoque particulæ pottedine augere docet Gal. Interēa ^{14. Meth.ca.} vero quia non modo partis laborantis ratio habenda est, sed etiam proximarum, & circumiacentium, ne scilicet qui iam fluxit humor venenatus illas quoque invadat, & depascatur, vicinæ vnditque partes medicamentis refrigerantibus exsiccatibus, & adstringentibus studiose suar custodiendæ, vulgo defensiva appellant. Tale est vnguentum, quod ex bolo Armena, sanguine draconis, succo plantaginis, portulacea, oleo rosaceo, myrrino, acetō, & aliis id genus medicamentis parari potest. His vndique præsidii aduersus tantum malū agendum est, quæ saepius diē noctiisque sunt permutanda, qao validius suum munus perficiant. Quod si hæc parum proficiant, ad actiora adhuc, quæ ignis vires habeant, & postrem ad ighem ipsum decūsiendū est: siquidē autore Hipp. Extremis mōrbis extrema exquiste remedia optima sunt; Et quæcumque medicamentis non curantur, ferrum curat: quæ vero ferro non curantur, ignis: curat: quæ autem igne non curantur, et existimare oportet inmedicabilia. Cæterum crustam, quæ sub erodentibus medicamentis sequi solet, accommodatis auxiliis à via carne evellere, & radicibus extirpare oportet. Demum celsante iam inflammatione, quod supereft vlcus, primum detergiri, tum medicamentis impletibus curari, ac postrem sicuti reliqua vlcera ad cicatricem perduci debent. Horum autem omnium medicamentorum materia tum apud libros de re chirurgica, tum ipso vsu sati vnicuius patet, vt de illa hic nos longius tractare nō oportet. Inter simplicia medicamenta, quod postrem hoc loco præteriisse nolunt, consolida major inter duos lapides cōtrita magnu: quodam (vt nonnulli referunt) miraculo, carbunculum sanat, & ex toto intra vnum diem intermit, ita vt nulla deinceps curatione egeat præterquam ea, quæ communis est aliis vlcibus. Miranda etiam narrat alii de scabiosa, si credere fas est, nempe quod comesta, vel ex vino portā internos omnes tumores, in primis vero carbunculum ad exteriora protrudit, & insensibiliter dissoluit, discutitque. Atque hactenus de carbunculo satiss.

Bubon nomen Græcum à nostris suscepimus; Galeno tum passionem ipsam, tum patientem particulariter significat: Nam teste Phavorino medici hoc nomine duo notare solent, locum, qui in flexu memoris est ad partes genitales, & phlegmonem in partib. laxis, quas adenas, seu glandulas, vocant; quocunque in loco fuerit, autibus, alis, collo, cubito, sed maxime omnium in inguine: quæ quām: n. glandula omnes propter sui imbecillitatē inter omnes corporis partes maxime opportuna sunt fluxionibus, potissimum tamen tales censendæ sunt, quæ sitæ sunt ad inguinā, quod præter naturam imbecillitatē accedit etiam motus: huius partis frequens vehemens, ritus declinat, & redundat in partibus sèper humiditas vnde facile admodū & prōpte incurrit in tumores, quos speciatim codē cum ipsa parte nomine bubones appellant. Cū autem bubonū dñe sunt differentiae, primus sumptus à causa efficiente, vel exteriore, ac manifesta, vel interiori, ac recondita, priorum generationē in vniuersum præclarus. Gal. tradidisse videtur libro methodi medendi. Memorie tenendū (ille inquit) vt pote sèpe à nobis demonstratū supervacanea, quæ à ^{Liber. 13. cap. 5.} valentiorib. partibus ob redundatiā, vel qualitatē expelluntur, ea in imbecilliores

procumbere, atque hinc accidere, ut glandulae, quas adenas vocant, facile fluxiones recipiant, & maxime quæ rariores natura sunt. Quippe valentius est arteriarum, & venarum, & nervorum, & muscularum cobit, imbecillius autem, ac forte propterea nullum corporum, quæ glandularum sunt natura. Sic igitur sit, ut & propter vlcus, quod in manus, aut pedis digito sit, eiusmodi glandulae in inguinibus, & aliis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum desfluentem ad ultimos artus sanguinem priores excedent. Quinetiam in collo, & secus aures saepenumero glandulae iis, quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus est natu, intumescunt. Nominant autem ipsos ademas, cum sic intumuerint, bubones quicunque evidenti, & externa causa fiunt, magna ex parte innoxii sunt, febresque non alias excitate solent, quam diarias. Contra vero si latente, & interna causa oriuntur, plerumque sunt perniciosi, ut pote quos verisimile est fieri ex inflammationibus

4. Aph. 55. viscerum, aut maligna, venenata, pestilentique putredine. Vnde est aphorismus Hippocratis. Febres in adenum tumoribus ortæ omnes malæ, præter diarias. Primum autem (ut de carbunculo diximus) signa studiose sunt inquirenda, quæ bubones pestilentem ab altero non pestilenti separant: ne magna cum artis infamia morbum alioqui salutarem mortiferum, aut non minori cum Recip. periculo, morbum mortiferum salutarem esse existimemus. Siquidem certo certius est, nonnullos aliquando fieri bubones ex causa externa, quales sunt autores febri diarie, ab omni profusis periculo alienos, nonnullos item ex causa interna, quales sunt autores febrium putridarum, & malignarum, ab omni pestis suspitione remotos; qui turpiter inter se, turpius cum pestilentiis commisceri non debent. At vero quantum huicmodi distinctio difficilis, & obscura nonnullis videri potest, si memoria reperamus, quæ prioré libro morborum pestilentium indicia statuta sunt, sat facile, certumque nobis hac de re iudicium ferre licebit. Itaque ut pleraque ailia prætermittamus, quæ de huicmodi signis afferri possent, bubones hoc in primis nomine pestilentes esse existimabimus, si illi sint vulgares, & perniciosi. Illud facile demonstrabit temporis constitutio; hoc morbi malignitas, quantum quidem ex propriis signis intelligere licet: quæ duo maxima, & principia signa perpetuo sunt coniungenda, ne forte (quod plerisque hoc præsertim tempore evenisse vidimus) bubones vel ex causa externa oriundos, vel alinqui sine ullo periculo, perniciosos, ac pestilentes nulla ratione credamus. Porro apparentes bubones, tum alia, tum particularum partes corporis præ aliis laborantes, & à se noxiis humores protrudentes solent indicare: Etenim si in collo, aut auribus apparuerint, cerebrum; sub alis, cor; in femore, & inguinibus, sicut potissimum laborare ostendunt: de quibus Hippocrates. Abscessus veluti bubones significant partes, à quibus erumpunt. Cæterum prætermisso in præsentialiubone non pestilenti, quacunque tandem ex causa ille ortum habeat, de pestilenti nobis dicendum est. Et primum quidem illud omnibus satis compertum esse debet, huicmodi tumores, & materias ad quamlibet partem à natura transmittantur, ut de carbunculo diximus, nusquam, & nunquam ad interiores partes repellendas esse, namque (ut ne huius rei magis determinatam, & nulli non perspicuum rationem afferamus) Gale. censet non solum bubonem, sed aliud quocunque malum in uniuersum, quod ex profundis, & principibus partibus transfertur ad cutem, bonum esse tum signum, tum causam; si vero contra ad interiora, & profunda transferatur, malum: ut non satis mirari possimus, quamobrem inter ceteros Anicenna præsidis aliquando refrigerante,

6. Epid. set. 2. dunt: de quibus Hippocrates. Abscessus veluti bubones significant partes, à quibus erumpunt. Cæterum prætermisso in præsentialiubone non pestilenti, quacunque tandem ex causa ille ortum habeat, de pestilenti nobis dicendum est. Et primum quidem illud omnibus satis compertum esse debet, huicmodi tumores, & materias ad quamlibet partem à natura transmittantur, ut de carbunculo diximus, nusquam, & nunquam ad interiores partes repellendas esse, namque (ut ne huius rei magis determinatam, & nulli non perspicuum rationem afferamus) Gale. censet non solum bubonem, sed aliud quocunque malum in uniuersum, quod ex profundis, & principibus partibus transfertur ad cutem, bonum esse tum signum, tum causam; si vero contra ad interiora, & profunda transferatur, malum: ut non satis mirari possimus, quamobrem inter ceteros Anicenna præsidis aliquando re-

frigerantibus, & adstringentibus ut hinc vereatur, præter rationem, præter Gal. disciplinam, addo & particulare ipsius decretum: quo monet omnibus inflatiuionibus ab initio adhibenda esse medicamenta, quæ refrigerare, & reprimere possint, deinceps, iis quæ sunt de materia (ut ipse loquitur) quas principalia membra expellant. Immo vero videtur omnis ratio persuadere, juuandum eslenaturatum, atque pro virili emitendum, ut à nobilioribus, & internis partibus venenum omne trahamus ad ignobiliores, & externas. Vnde plerique omnes medici eucuribilis, scarificationibus, medicamentis validissimis, & vrentibus, igne ipso, totis virtibus nituntur, atque contendunt, ut venenata materiam euocent, atque huiusmodi tumores protinus aperiant. Quam certe curandi rationem (ut dicam libere quod sentio) non vndeque probare possum. Illud equidem ante omnia diligenter animaduertendum censco, an hac in re natura dominetur, an magis sit dominata, vel ut medice loquimur, an motio critica sit, an symptomatica. Cum enim morbi omnes, qui non sine contentione, & certamine naturæ finiuntur, autore Gal. aut per excretionem, aut per abscessum, crism faciant, eadē certe ratio videatur statuenda bubonum, & cæterorum abscessuum. Generalis autem est lex tam in excretionibus criticis, tum in abscessibus iamdiu tradita, & confirmata, quod que optima sunt, natura mouente fiunt, diebus criticis, non ante statum, & coctionem, & subito ægrum liberant: pessimæ contra, sine motione naturæ, sine ordine dierum criticorum, tum in principio, tum in incremento, & sine villa coctione apparent, & subito ægrum eripiunt. Quam infelicem crism constat inter omnes aut perpetuo, aut certe maiori ex parte in pestilenta fieri. Quod si ita se res habet, quemadmodum certe huicmodi abscessus nulla ratione repellendi sunt, ita aliorum prope omnium sententiam vniuersale probare nequeo, ut protinus, & nullo adhibito iudicio incisionibus, scarificationibus, hirudinibus, igne, & quoctunque violento modo violentum hunc motum iuuare velint: quando huicmodi praesidia sine villo emolumento, & præter naturæ institutum adhibentur, miseteque ægrorum in modum torquent, & affligunt, siveque etiam in maiora pericula trahunt, ut de carbunculo modo diximus. Quamobrem apparente bubone primum quidem si adhuc fluxio perseuerat, & vehementer urget dolor, sedulo hunc aliquo anodynæ medicamento aposto mitigandum ac linendum esse arbitror. Non hic frustra repeto, quæ de totius corporis prouidentia superius diximus, quæ opportune ad hunc locum sunt transferenda. Anodynæ medicamenta, atque huc vñi accommodata nota sunt, & vulgaria, ol. amygdalæ, dñe, chamomelinū, aner binum, roscum compl. pinguedo gallinæ, anaris recens, & alia huicmodi quibus si quod adderetur medicamentum malignitati resistens, scabiosæ succus, melissa, cichorij, borraginis, pentaphylli, ol. è scorpionibus, atque illud maxime Carauitæ, de quo superius facta est mentio, ol. è viperis, quod pariter admirabilem hac in re vim habet, hoc apud me esset medicamentum initio valde accommodatum. Lenito aliqua saltem ex parte dolore, mox ad ea medicamenta accedendum est, quæ valentius attrahere, & materiam coquere possunt, quale esset emplastrum ex cæpis, rad. altheæ, lilio, alb. decoctis, vina cum ol. rosaceo, pinguedine gallinæ tec. & modico fermenti, iis: certe non omisis, quæ malignitatem respiciunt, oleis, aut succis enarratis, pulu. scordij, ireos, aristolochia rot. & aliis id genus.

Neque plures huicmodi medicamentorum forme hue impotens sunt affrendæ, quod illa fere sunt vulgaria, & plerisque omnibus copiose tradita. Si qua in-

loco signa coctionis appareant (neque enim Iesus agendum probo) ille quam primum incidentium est; quamvis non omnino perfectam plane coctionem praefferat, quemadmodum expectare solemus. At vero aperio iam hubone, in promptu sunt medicamenta, quibus ille purgandus est; atque abstergendus, tandemque ad cicatricem perducendus, vnguentum his cum cerato rosaceo, emplastrum diapalma cum ol. rosaceo, non sine aliqua ex his, quae diximus, oleis, succisive malignitati adversantibus, & aliis huiusmodi, quae apud chirurgos facultaria sunt, & manifesta. Denique haec sententia nostra summa est, hos tumores non admodum grauter, & asperre tractando esse, tam incipientes, quam declinantes, cum perpetuo nos ostendit.

3. De simpli porteat operam dare, ut naturam iuuenias, nullo pacto magis vexemus, & labefaciamus illa namque sola, & vera est morborum omnium medicatrix.

A. Astrandis bubones in viuenterum nonnullis maxime probatur ater Atticus, qui propere & bubonion, nostris inguinalis dicitur, non ob id tantum, ut Galeno placet, quod illitus, sed etiam quod suspensus bubones sanare creditur. Ruellius parergum nostrorum tempestatem medicis nobilissimus summopere laudat lymphachiam, de qua refert historiam, quam huic loco liber in serere, quod eius mentionem à ne-

minis factam video. Audiui (inq. Ruel.) de quibusdam rusticis, cum apud Cenomani pestilentia passim grassaretur, multosque subita morte rapererat, tamen ex herba quadam, quam mihi demonstrarunt, remedia quæ sive, qua liberatos peste plurimos affrondabant. Namque alius paulo supra panum, qui iam intumuisse, adalligata deorum pestilens virus impellebat, collectumque tamen inibi rursu regredi, & principes patris repeterent non patiebatur. Sic modico subiecti membro damno reliquum seruabatur corpus. Inde rusticis pellibus, que quod idem est, pestifera cœpta est, appellata. Sed quæ ab his demonstrata opere fuit, nullis dissentientibus notis lymphachia erat.

Cuius miraculi nullam potui rationem inire, nisi quod forsitan suo inspissatu, & adstinctionis munere, quo pollet, venenum ad subditas partes exprimeris excluderet. Ille haec tenus. Atque haec (ut arbitror) de præseruatione & curatione pestilentie generali à nobis tradidisse sufficiunt; ut modo illud viuenterum superesse, videatur, ut postremo hoc loco agendum sit de variis pestilentie generibus, ut variæ illæ causæ solent excitare: qui secundus scopus nobis superius ex Gal. propositus est, quandoquidem à causa tumi præseruando, tum curando, præsidiorum distinctione potissimum sumitur, cum alia præsidia conueniant, quando aer est corruptus, alia quando varius affectus, alia quando purus est, sed aliunde pestis importatur, & malum solo contagio contrahitur, vel alia de caustorum habet. At vero cum viuenterum haec tristitia nimis sit producta, & quidem nescio quomodo præter nostram deliberationem, adhuc longius eam præducere non libet. Atque hoc quidem eo liberioris facio, quod hanc partem doctissimus Agricola præter certos accuratissime sit persequutus; ex quo potissimum uno quicquid magis distinguitur, & integrum hunc tei intelligentiam sibi facile potest cōpayaro. Nāque hēmo, est qui nesciat quod à Gakēnā traditū est, ut initio libri indicamus, singulas causas morbillas perpetuo, ac diligenter inveni aduertendas esse, quo in primis homines morbos cōmitere, & inferre soleant, ut opportune illis resistere possimus, satis intelligentes corpora, quæ causis consentiant, cuiuscumque periculo facile subiici, quæ autem eis repugnant aut nullo modo, aut difficile superari. Verantamen ut tractatio nostra præenti pestilentie sit magis accommodata, quæ in primis proposita mihi est

hi est scribendi ratio) quæ summatim præsidia sint hoc tempore opportuna, particularum vero quam opportuniorem, & securiorem purgandarum rerum, & ædium ratione in esse nos existimamus (quod priore libro sumus polliciti) hic demum, quasi paternum, subiicere statuimus: siquidem in pestilencia ex contagio, qualem hanc nostram fuisse non dubitamus, satis compertum est hanc rem maximi momenti esse, atque in huiusmodi munere maximam illius, tum præseruandæ, tum curandæ partem consistere. Vespillones, & qui in huiusmodi opere versari solent, certis quibusdam suis perfusionibus, lotionibus, suffitibus, ex thure, mirra, pice, sulphure, resina, bitumine, lapide gagate, & aliis id genus magna ex parte fœtidis medicamentis tum domos, tum suppellestiles infectas purgare consueverunt. Quæ certe purgandi ratio non solum vulgo, sed etiam à doctis hominibus recepta, ac longiore iam usu confirmata non debet improbari. Ego vero magis accommodate, aque ex veteri disciplina unis medicamentis odoratis illud præstari censeo: quædoquidem magnum Hipp. legitimus (quod antea notauimus) aerem pestilentem Athenis priore effecisse, ac perstiteros quoque halitus dissipasse igne passim accēso, qui non solum ex simplici materia constaret, sed bene olentes coronas, & flores haberet, atque vnguentum quam pinguissum, & id genus alia bonum odorem fundetia. Atque hic profecto purgationis modus valde rationi videtur consentire; Cū enim satis constet fomites pestilentes sive in aere, sive vbiunque illi reperiuntur, esse procul dubio sordidos, & putridos, tantum abest, ut foecida, & male olentia fodiem, & putredinem tollere, ut contra vitranque magis fouere, & augere posse videantur. Si quidem nemo est qui nesciat (quod particulatum animaduerterit Aucen.) quan fecidi odores sint aduersarij, & hostes caloris innati, spiritus, & membrorum principum, quam que illi fere proxime accedant ad putredinem. Quare eruditæ omnes medici tum præseruando, tum curando à rebus omnibus fœtidis, & male olentibus studiose cauendum esse docent, & speciatim admonent abstinentiam esse à lignis, quæ igni imposita tetros, & fecientes huiusmodi vapores solent emittere, qualia sunt fucus, nubes, buxi, & simil. Vnde, quod priore libro admonuimus, neque illorum sententiam probare possumus, qui ad præcauendum pestilentiam castoreum, sulphur, & eiūmodi fœtidæ secum ferre, gestare, ac familiariter odorari solent: quæ tantum abest, ut aerem puriorem reddant, & spiritus recreent, quod hac in re est maxime experendum, ut magis vtrunque perturbent, & contaminent. Quam igitur pestilentis purgationis rationem magis accommodatam, ut tamquam, & veteri discipline magis consentientem esse nos arbitramur, & quam priore libro indicauimus, in præsentia repete, & breuiter explicare non gravabitur. Quod itaque ad infestas domos pertinet, illas potissimum emundari, & purgari censeo, si primum diligenter amota omni sordite, patentibus vndique locis omnibus aeris, ventis, & Soli diutius illæ die, nocteque sint expostæ. Tum vero si suffitibus, lotionibus, perfusionibus odoratis, de quibus antea diximus, in primis autem igne assiduo, atque eo quidem ex lignis, aut præterea medicamentis bene olentibus foueantur. Hac enim simplici, & facilis ratione pestilentes quoque vapores, & fomites quoconque in loco dissipari, ac dissolui non dubitamus. Quod si quis alii efficacius præsidium desiderat, inter cætera omnia, quæ passim afferri, & usurpari solent, nullum mea quidem sententia præstantius & securius ex cogitari potest, quam si calx via in infestis cubiculis multa aqua madeat, & illa deinceps parietes, & singulae partes obliniantur: quandoquidem partim fuimo illo

1. prim. doct.
2. cap. 29.

acerimo partim obducta calce non solum verisimile est, sed etiam necessarium, ut quicunque tandem, & quantunque pestilentia fomites dissipentur, & ad nihilum deducantur; id quod apud nos longiori iam, & certa experientia confirmatur est. Maius profecto, ac difficilius negotium facessunt res, & vniuersa suppelle. Atque illud ante omnia s^ep^e, diuque disputatum est, an expediat omnia protinus igne consumere. Hinc enim certo est certius nulla securiori ratione quancunque pestilentia sobolem facile, & semel dissipari, adeoque ab imminenti periculo Remp. liberari: inde vero præter quam quod sine ingeni rei familiaris iactura, & effuso sumptu hoc fieri non potest, aliud præterea graue accedit periculum, & fere certa suspicio, ne plerique omnes iacturam tantam iniquo animo ferentes, multas res malitiose abscondant, atque huc illuc distractant; quo quidem nullum magis euidens periculum, & ad longe, lateque propagandam pestem magis accommodat instrumentū excogitari potest. Quia in re in eam ego sententiam facile venio, quo tempore lues incipit, neque multi iam laborant, nullū prudentius, & vitius consilium iniiri posse, quam si protinus omni adhibita diligentia seuerare omnia comburantur; sed ita quidem vt ex autoritate magistratus inopes, & miseri homines quoque damno, & iactura liberaliter, & pie refarciantur: quandoquidem si ita fiat, nullum iactura periculum potest imminere, ut illi quicquam occurrat, vel distractant; immo vero ipsi sponte, & hilare omnia offerent, vt ita res ab omni prolsus pericolo sit aliena. Atque utinam initio Augusti, quo tempore paucis quibusdam, & ijs certe humilibus, miserisque dominibus infectis adhuc res fere erat integra (de qua deliberatione eoram summo magistratu, & magna ciuium corona graviter actum est) mea Vicentia prudentissimum, ac saluberrimum huiusmodi consilium suscepisse, forte nradicatum malum semel fuisse euulsum, neque tot deinceps homines misere interissen, neque ciuitas tantam publici, priuatique aeris iacturam fecisset. Sed diuine voluntati, ac prouidentiae acquiescendum est. At vero si altiores mali radices iactae fuerit, vel magis si fructus grandiores, & copiosiores sint editi, ut plurimae iam domus sint infecte, iam non amplius igni, & comburendis rebus omnibz. locum superesse nos arbitramur; non modo propter notabilem, ac propemodum infinitam rei familiaris iacturam, & sumptus mirum in modum effusos, sed etiam quod vix, & non sine multiplici periculo alia præsto esse possint, quæ ad huiusmodi vsum sunt necessaria.

Itaque hoc tempore aggrediēda est omnino rerum infectarum expurgatio, præparata primum locis, & dominibus operi accommodatis, sⁱndisque abhībitis ministris, vt si fieri potest, longè absit omnis dolus, & impostura.

Primum autem intelligere oportet, quānam illa sint, quæ pestilentia labi sint obnoxia, adeoque purgatione opus habeant, namque hac in re nostri vespillones, aut verius nebulones impudentissimi, non solum superstitione, sed etiam malitiose nobis imponere, atque omnia perturbare, & contaminare solent. Quod quidem vna quam maxime experientia determinandum ac statuendum esse videatur: Etenim quanquam neque deesse potest aliqua ratio, quæ hoc ipsum demonstret, cum videamus contagium communicari iis corporibz. tantum, quæ quadam meatuum raritate aerē excipere possint, ex iis tamen plurima, qualia potissimum sunt alimenta ad sustentandam vitam hominis destinata, licet ratiōra, & ad recipiendum aerē idonea certum est nullius contagij esse capacia. Itaque res quæ facile, & omnī maxime pestiferam labem tum suscipere, tum aliis comunicare solent, illæ enumerantur.

TRACTAT. PRIMI LIBER SECUNDVS. 105

tur, lana, xilon, sive goſſipium, linum, canabis, sericum, omnis tela, & quæcumque ex his aliqua ratione, & quoque modo confici possunt, pelles, pluma, & penae omnes, & alia, si quæ sunt, huius generis. Porro, que viva, & currenti aqua imponi, in eaque diutius conseruari, vel adhuc magis quæ communi lixiūo, aut præter cinerem addito alumine, aut etiam calce viva lauari, & mundari possunt, isthac omnia tuto, facile, ac breuiter vna, vel ad summum altera lotione præclare expurgari videntur. Quæ autem aqua mergi, & lixiūo lauari non patiuntur, qualia præcipue sunt sericum, & ex serico tela contexta, multa etiam ex lana pelles, & alia huius generis, haec diutius aeri, & ventis, potissimum Aquiloni exposita, assida, & diligenti motione, agitatione, fustigatione, abstersione, vel Gal. testimonio perfecte 3. Epid. 3. ca. mundari, & ab omni putredinis, & contagionis periculo liberari censeo. Quod si præterea aliqua etiam ratione illa suffire velis, nō certe rebus male oléribus, ut vulgo fieri solet, sed magis odoratis, de quibus alias satis diximus, illud profecto importune fieri censendum non est. Nonnulli telas sexicas pelles nobiliores, & alia huiusmodi fabula, & arena tenuiori cooperire vndique atque (vt audio) non infelicitate diutius fouere consueverunt. Sed ut semel dicam quod sentio, ceteris omnibus purgationibus illam ego rationem facile antepono, si res infectæ quæ aqua, & lixiūo mundari nequeunt, vt diximus, Soli, aeri, ventis diutius exponantur, atque omni adhībito studio sapienter quatinetur, & ab omni sorte mundentur. Quo demum loco id præteriti nolo, vespillones temere & malitiose suppelleatiles perpetuo, tanquam vniuersale contaminatas purgationes subiiceret: si, n. accidat (accidit autem fæpissime) vt sine studio, sive sorte quispiam certo in cubiculo habitas inficiatur, multisque antea diebus alias partes domus, & suppelleatiles alibi positæ, & accurate obsignatae ne viderit quidem, qui iure dubitet cetera omnia cubicula, & res vniuersitas in eis affteratas esse ab omni labis suscipione liberas, & nulla expiatione opus habere: Ceterū præter hæc, quæ modo posita sunt quæcumque alia suppelleatiles nomine comprehendit, aut aliqui ad communem vsum familiariter adhiberi solent, ea fere omnia nullum pestilens vitus suscipere, & ab omni contagij ratione libera esse nos existimamus: qualia sunt metalla omnia, & quæcumque effici ex eis, & formari solent, lapides quicunqz, nec non vasa omnia ex terra confecta, grana vñi hominū, & bestiarū destinata, triticum, far, hordeum, milium, panicum, spelta, faba, cicer, pizum, oriza, & cetera huiusmodi. Fructus omnis generis, pyra, pomæ, citronia, granata, nuces, auellana, pistacia, amygdalæ, fici, vua, & alia multa huius generis; carnes tum cruda, tum cocta, tum recentes, tum salite, vinum, aqua, oleum, acerum; quibusdemum addere licet aromata, & medicamenta tum simplicia tum composta, quæ, quod multa sint, & fere infinita, l*og*iori catalogo non sunt cōmemoranda, vt facile hinc homines intelligere possint, non solum superstitione, & frustra, sed etiam temere, & sine vlla ratione, res plurimas s^epenumero perturbari & confundi, quas nulla purgatione, & correctione opus habere certum est. Plerique hoc in loco satis curiose querant, quodnam describendum sit determinatum tēporis spatium, quo tum edes, tum alias res expurgatae possint in pristinum vsum revocari. Quia in re mitum est, quam varia, quam ab omni ratione aliena recitentur, atque statuantur, vt non desunt, qui ad seprimum annum huiusmodi iudicium protrahant. Pluri sexagēnum, & quadrageſimum diem terminum statuunt.

Hæc mea est sententia, si quam optime, & diligentissime res qualibet, aut dominus expurgentur, atque emundentur, eo quo nos diximus modo, tū breuiore fortasse tem-

DE PESTE LIB. II.

fe tempore, tunc vigesimo certe, aut vigesimo quinto de illas fore ab omni periculo alienas. Quod si quis in re incerta & qua sola experientia ntititur, tunc pars, atque communiorē medicorum opinionem sequi maluerit, is potest quadriginta dierum spatio esse contentus.

Hic prudens, & sciens multa prætereo, quæ tum diuturno vsu iam omnibus sunt in promptu, tum ex historiis, quas nos initio retulimus satis vnicuique possint esse comperta: peregrinos homines locis infectis ad nos venientes securè esse arcédos, ipsa iam pestis suspicione propius accedente, potiorem domesticā rei partē esse aut in tunc locum asportandam, aut certe proprio carundemmet adiunctorum loco occludēdam; urbem ab omni cœno, & immunditie penitus expurgandā, atque ab omni tum difficultate, tum prauitate annonā liberandam: ægrotos vna cum infecta supellecile extra ciuitatem mitrendos; & si quæ alia sunt id genus.

Deinde præparanda, ac demum purganda est materia noxia cum iis, de quibus sepe diximus. Vtrum autem post haec licet ad ea deuenire, quæ valeant lotiū prouocare, posterius disputabitur.

Si gramus quispiam negotium faciat, lenita alio, illa exhibeantur, quæ incendi, attenuandi, atque illius dissoluendi vim habeant, qualia sunt oxymel simplex, scylliticum, lixivium, ac maxime præparatum ex cinere ficus sylvestris, coagulum leporis, & similia, vt:

¶ Lixiu. preparati cum Ficu sylineſt. 3 vīg.

Oxymell. scyllit. 3 j. f. M.

Item.

Coaguli leporis.

Conseru. flor. Beton. an. 3 j.

M. f. bolus.

Si lotium ex calculo retineatur, quod diximus frequentissime vñu venire, illa conuenient medicamenta, quæ lapidem terere, comminuere, & ducere possunt: de quibus propria tractatione sermonem habebimus.

Quæterum sape euerit, ut in suppressione lotij cogantur Medici vnius potissimum symptomatis rationem habere, quod niniſ vrget, ac longe maxima pericula solet afferre, quare ad omnia præſidia configūt, & interna, & externa, quæcumq; lotium possunt prouocare, & ægrotos ab ea insigni molestia, & periculo liberare: Quorum vnum, atque alterum exemplum mihi libet ad institutionem vestram proferre.

Chamomeli.

Anophi.

Maluarum.

Parietaria.

Seminum anisorum.

Fæniculi.

Cymini.

Dauci.

Radic. Rubia tinctorum

Spic. Nardi.

Cinnamomi.

Contundantur omnia crasso modo, & bulliant pro fomento, vel infusione.

Item.

Radic. Raphan. 3 ij.

Folior. Parietaria.

Apij.

Radic. Petrosel. ana. M.

Contundantur omnia, & cum Butyro, vel oleo Amygdalarum amara.

f. Emplastrum.

Item.

Olei Amyg. dulcium. 3 ij.

Olei Lilior. alborum cum aromat.

Addunt vulgares. Ol. de Scorpion. an. 3 j.

Quæ omnia ad regionem vesicæ, atque inter anum, & testes licet accommodare.

Clysteria quoque propter vicinitatem huiusmodi partium sunt maxime opportuna: quæ ex iisdem medicamentis prouocantibus lotium commode parari possunt, & sit exemplum.

¶ Parietaria.

Maluarum an. M. j.

Flor. Chamomel.

Anethi an. M. f.

Radicum Petroselin. M. f.

Semiſ

Seminum Fæniculi.

Anisorum ana. 3 j. fiat decoct.

Prædict. Decovt. lib. j.

Olii Amyd. dulc.

Amer.

Lilior. albor. an. 3 j.

Misc. pro Clystere.

Verum si frustra adhibentur, vt frustra adhibentur, si vtrina retineatur in vesica, quæcumque suppressionis causa fuerit, primo quoque tempore ad syringam, vel candelam denenendum est: quod præsidium experientia confirmat, ceterorum omnium tutissimum, & certissimum esse. Sed tamen sciendum est, nisi ministri sunt periti, vel, quod maioris momenti est, huiusmodi operationis experti, ægros quandoque in maximos dolores, in profusionem sanguinis, & alia pericula incidere consueuisse: quare admodum caute hac in re agendum est; at maxime, si vtrica inflammatione, aut dolore laboret, quod Auicen. & Paul. annotarunt.

Quod si lotium in superioribus partibus retineatur, nec descendat in vesicam, sciendum est, negotium admodum esse difficile, & periculose, adeo, vt viderim multo plures interisse, quam eualeuisse. In quo casu neglecta vesica, & partibus illi proximis, que nihil laborant, omnia vestra consilia, & præſidia ad ipsos renes, ac partes laborantes dirigenda sunt, quæ quidem plurima ab Auctoriis proponuntur. Auic. inter alia maxime probat aquam destillationis radiculæ, vel raphani, imo vero iubet, vt cum pane tanquam obſonium comedatur. Sic pæſſim probantur aqua ciceris, aqua parietaria, aqua cæparum, aqua fabarum, & similes. Apud Aromaticos duo celebria præparantur medicamenta, electuarium Iustini, & litontrionum, quod vtrumque à Nicolao descriptum est. Sed Apud Auic. alterum quoque est electuarium, quod electuarium de cineribus vocant, quod plurimi affirmant esse præstantissimum: & hac ratione præparatur.

¶ Cineris Vitre.

Scorpiorum.

Radic. Brassic.

Leporis.

Putaminum ouorum, ex quibus exiorit pulua.

Lapidis spongie.

Sanguinis Hirvi preparati.

Lapidis Iudaici.

Gummi Inglandis.

Acoti ana. 3 j. f.

Mellis quant. suff.

Miscector. & fiat Electuar.

Sed habeatis exemplum portionis diureticæ.

¶ Radic. tinctorum.

Asari ana. M. f.

Semin. Dauci Cretici.

Apij.

Petroselini an. 3 j. f.

Spic. Nard.

H. f

Cinna

*Cinnamomi ar. 3. f.**M. f. Decoctum ex aqua: Quod vel solum cum Oxyelite, aut alio commodo medicamento potest exhiberi.*

Præterea nonnulla proponuntur, quæ latente quadam vi, & proprietate creduntur lotium pronocare, qualia sunt vesica mustelæ; vermes terrestres; aselli, qui reperiuntur sub hydriis aquarum, vulgo millepedes dicuntur; cancri fluviatiles, & similia; quæ vnuſquifq; vestrum apud auctores facile potest intelligere: Quæ omnia siccant in furo, & simul cum aliquo diureticō medicamento ad vnam, vel alteram drachmam circiter solent administrari.

Sed postremo tanquam ad sacram anchoram nonnulli ad Cantharidas confunduntur quibus dubium est, an tuto ore assimi possint, & quomodo debeant adhiberi. Galenus quidem ponit cantharides inter patrefacientia erodentia, & quæ tuto genere lethalia sunt: si diligenter illius mentem attendimus, nulla inquam ratione ille videtur vsum cantharidum probasse, nisi si reliquis medicamentis ad prouocandum lotium accommodatis, & quidem minima quantitate, scilicet centesima parte vnius deachmæ, permisceantur: Cantharis, inquit ille, parce interim sumpta, quibusque oportet admista, præterquam quod vesicam nihil offendat, etiam renes expurgat: imo & quæ efficaciora conficiuntur ad vrinas mouendas medicamenta, nonnihil habent cantharidis. 4. de Simpl. medic. c. 19. ad fin. & 3. de Simpl. med. c. 23. Vnde plurimi quoque hoc tempore, & fere omnes non audent solas cantharides alicui propinare. In qua quidem te possum vere testari, me vidisse quosdam olim meos præceptores, viros clarissimos, cantharidibus vfos fuisse, & quidem sciliciter: quorum exemplo, atque institutione ego quoque etiæ admundum raro, quater tantummodo sum vſus, qui inter carceres memini ægrotum quendam nobilissimum agentem annum quinquagesimum, cum quinquaginta horas suppressione loci laborasset, exhibitis cantharidibus, Dei optimi beneficio vrinam copiose rinxisse, & sanitatem recuperasse.

Cum igitur experientia confirmet, cantharides posse aliquando tuto exhiberi, quod forte neque à Galeni sententia est alienum, id restat ut intelligatis, quo modo, & qua dosi debeant exhiberi. Auctor libri quarti de ratione vietis in acutis ad finem, videtur docuisse, aduersus hydropem tres cantharidas, abiectis singularum tum capite, tum pedibus, tum alis, ex tribus cyathis aqua exhibendas esse: Ex quo præcipue loco, vt puto, factum est, vt plerique omnes Medicis, atque omnium maxime Arabum seculatores administraturi cantharides velint earū capita, alas, & pedes abieci, tanquam partes carceris nocentiores. Altera autē ex parte Gal. i. de Simpl. medic. cap. propri. expressi fatetur, se totas, atque integras cantharides accipere consueisse: imo vero iis curandis, qui cantharides assumpſissent, præter communia præſidia, tanquam antidotum probant alas, & pedes cantharidum ex melle sumptas, 2. de antid. cap. 7. sicut item dixerat loco citato. ii. de Simpl. medic. etiæ eo loco portius de aliorum sententiis, quam de propria loqui videatur. Quantum autem pertinet ad locum propositum ex 4. de rat. viet. Galenus lepida quadam historia præclarare mihi videtur omnem controversiam dissoluisse: Ea vera est huiusmodi. Ignarus quidam, & audax Medicus non satis auctoris mentem intelligens sola cantharidum corpora, carceris abiectis partibus, cuiam hydropico propinavit, qui paucos post dies obiit. Cum autem nonnulli illum criminarentur, quasi perperam sola corpora propinasset, contendentes mentem auctoris fuisse, vt potius

ceteræ partes debeant propinari, hac quoque ratione alteri hydropico capit, & alas, & pedes cantharidum, abiectis corporibus voluit adhibere, qui pariter extintus est. Qui tandem concludit, nonnullos Medicos medicamento diureticō ex cantharidibus confecto circa aliquod incommodum vſos fuisse. Ex quibus duo licet nobis de cantharidibus intelligere: alterum, neque sola corpora, neque solas ceteras partes, sed totas, atque integras administrandas esse: Alterum præcipuum, cantharidum vſum, si aliis medicamentis vrinam provocantibus proportione misceantur, fore opportunum; quod hac ratione carum vis delerentia castigetur, ac corrigitur. Multa sane externa reperiuntur medicamenta ad lichenes solas, lepras, & alias cutaneas affectiones apud Galenum, Anticennam, & alios Medicos; quæ cantharidas recipiunt; sed (quantum equidem possum meminisse) vel apud veteres, vel apud recentiores nulla medicamenta ex his composita repertuntur, quæ ad internam potionem destinata sint: Que tamen facile (mea sententia) possent parari, si ex præcepto Galeni illæ integras nonnullis diureticis medicamentis admundum parce permitteantur. Ratio autem eligendi optimas cantharides, atque illas præparandi habeatur apud Dioscor. lib. 2. c. 54. & Galenum, qui fere omnia transcriptis ex Dioscoride, i. de simp. med. citato. Quod si deinceps cupit quis intelligere, qua certa dosi, & quo modo assimi possint, cum aliena præcepta, & exemplanequeam referre, is sciat, me quod à meis præceptoribus olim didici, ad duo grana circiter ex emulsione leminum communium frigidorum quæ vocant, vel ex lacte muliebri ad vincias sex huiusmodi præſidio vii consuevit. Ex quod licet arguere Auctorem libri 4. de ratione viet. qui trés cantharides ausus est exhibere; quæ quidem factò periculo, abiectis capitibus, pedibus, & aliis excedunt dosim granorum sex.

Cæterum lotio retento in partibus supra vesicam, medicamentis non solum intro acceptis, sed etiam adhibitis extra, agendum est, quæ quidem valeant partes laborantes laxare, mollire, quodvis impedimentum auferre, ac lotio viam facere, de quibus satis iam diximus. Veruntamen non est silentio præteremundum quoddam remedium, quæ quidem memini non semel me admundum sciliciter vsum fuisse: illud vero est balneum vniuersi corporis tum paratum ex variis medicamentis, de quibus supra diximus, tum maxime ex uno oleo dulci, quod lane & ad dolores lenidos, & ad impeditos meatus aperiendos, & ad totam hanc rem præ cæteris omnibus est mirabiliter accommodatum. Etsi enim hæc de suppressione loci possum satis esse, tamen postremo hoc loco mihi liber eam cœlēstem questionem tractare, an laborantibus rōbustis & vesica, medicamenta diuretica licet administrare: de qua peculiarem habecis disputationem apud Conciliatorem differentia 205.

Quæritur itaque, Vtrum in affectibus renum, & vesica licet ut medicamentis diureticis? de qua quidem quæstione cum præter Conciliatorem plurimi plurimæ soleant disputare, mihi liber quam brevissime fieri potest, ac summariam eam tantummodo sententiam afferre, quam puto esse veriorem, & doctrinæ Hippocratis, & Galeni magis consentire. Ex una parte, primum quidem videtur esse consensus omnium propemodum communiter practicantium, qui medicamentis diureticis familiariter uti non verentur, qualia multa sunt in officiis, electuarium Reginae, electuar. Iustini, electuar. diureticum, &c. Sic passim omnium Medicis syrups, decoctis, conservis, pulueribus, ac deinceps aquis thermatum, quæ omnia prouocandi lotium facultatem habent. Huius opinioni fauent Anticenna, Rha-

ALEXANDRI
MASSARIAE VI-
CENTINI
Medicinæ Professoris Excellentissimi,

DE PVL SIBVS TRACTATVS III.

NT E R cetera argumenta, quæ deducunt medicos in cognitionem eorum, quæ tum nativa, tum preter naturam homini insunt, equidem census pulsus; & vtrumq[ue] principem locum obtinere. Neque enim nihil liber in praesentia eam vulgarem questionem agitare, vtrum ex pulsu, an ex virtute, certiora indicia, tunc sanitatis, tum morbi colligi possint; qui puto utique. Huiusmodi signum hæc propriam significacionem referatur, pulsus ad facultatem vitalem, ruram ad facultatem naturalem parem, certitudinem ac præstabilitatem cognoscere. De qua re si quis vestrum, cuiuspiat plus intelligere, si videat Franciscum Valesium lib. 3. Conr. cap. 1. qui inter ceteros hanc distinctionem diffuse, ac deserta persequitur. Igitur quod proximo superiore anno confederimus tractationem vtrumq[ue], hoc presenti tempore proposuerimus, alteram quoque de pulsibus tractationem confidere: non quidem accurate, & exquisitè, (quod nimis laboriosum, & longum esset) sed summa, atque iis rurib[us] politis ex pulsibus, que hygie, doctrina, sufficienter inferire poterunt, nobisque scripta grossim oratione ab eorum hisp[er]iora reddere, vobis.

Iacque ex nostro veteri ieiunio, hume nostrum Commentarium de pulsibus dividimus in quatuor partes, sicut quatuor precipua sunt capita, de quibus mihi statutum est apud vos sermonem habere. Ea vero sunt illa ipsa, de quibus pariter diximus in tractatione Vrinarum, & circa quæ in explicandis singulis morbis versari consueuimus, primum de essentia, secundum de Differentiis, 3. de Causis, quartum de Prognosticis: quæ forte vñerantur methodis non longe recessit ab ea methodo, quæ Galen. vniuersitatem pulsuum disciplinam 16. libris accuratissime complexus est. Ante quam vero rem aggrediar, id vos scire velim, huiusmodi naturam esse quidem longe vniuersitatem ad plurimos casus, maxime vero ad cognoscendos, præfagiendos, & curandos morbos conferre. Quod res ipsa, ac plurima exempla, atque historie apud unum præcipue Galen. facile cuique possunt demonstrare: sed non minusq[ue] difficultem, ac forte ceteris omnibus institutionibus medicis difficiliorem.

De qua etsi veteres, Asclepiades, Erasistratus, Athenaeus, Heraclides Agathinus, Heropylus, Archigenes Velensis, & alij quam plurimi scriperunt, quorum Galen. meminit, & quorum omnes libri hoc tempore desiderantur, tamen ut idem ibi scribit Gal. 4. de dignoscendis Pulsibus c. 5. nihil ab illis memoria dignum scriptum est. De Hipp. an scriperit de Pulsibus est dubium; atque eo magis, quod Gal. per-

plexo

DE PVL SIBVS TRACTAT. TERTIVS.

125

plexo de hac re loquitur, qui ex yna parte libri de Præcognitione ad Posthumum cap. 1. testatur; Hipp. scientiam de pulsibus non attigisse: medicos autem illo posteriores eam tradidisse, & rursus testio de Crisibus cap. vlt. ad finem, necnon 4. Epid. secl. 3. com. 18. scribit Hipp. signa stampa ex pulsibus non fuisse persequuntur: vel, quia non cognovit, vel quia non putauit esse magni momenti. Ex altera autem parte in libello, quod animi mores temperaturam corporis sequantur, cap. 8. ad finem scribit, Hipp. omnem motum arteriarum qualisunque fuerit, omnium primum pulsus nominare: & adhuc plenus lib. de diff. pulsum cap. 12. Hipp. huiusmodi artem pulsuum calluisse, non tamquam in ea multum laboresasse.

Ac sane si Hipp. monumenta consideremus, nulli dubium esse potest, quin ille aliquando pulsus membrinerit, atque eorum nos ipsa habuerit, vt in Coic. lib. 4. tex. 25. ad principium, scribit lethargicos habere pulsus tepidos, cardos, septitos, & quæ sequuntur. In libris de locis in homine, inquit, arterias duas iuxta tempora ferri in medio temporum, & aurium, quæ semper pulsant. Sic tractans de morbis mulierum primo 134. ad finem docet pueras, quibus menstruae purgationes retinentur, habere pulsus molles, & debiles, quia attolluntur non in unquam, & interdum deficiant. Et si quis respondeat, huiusmodi libros non esse Hipp. legitimos, de quæ non multum labore in praesentia, in lib. de Alimento ad finem quem omnes faciunt Hipp. legitimum fuisse, hæc habentur. Venarum pulsationes, & respirations spiritus iuxta etatem, & consonantia, & dissonantia: sunt, & morbi, & sanitatis signa, & sanitatis magis, quam morbi, & morbi magis, quam sanitatis, &c. Ego autem in hac ambiguitate censem veram Gal. mentem, ac verissimam fuisse artem de Pulsibus ab Hipp. cognitam, sed minime elaboratam, & absolutam fuisse, qui loco pulsuum respirationem videtur perpetuo obseruasse, quod plurimi agroti Epid. facile cuique possunt passim demonstrare. Quandoquidem re vera huiusmodi actiones, & respirations vñque adeo sibi ipsi contentiant, & similes sunt, ve summa cum ratione alterius vicem possit supplere. Unus certe Gal. hanc quoque tam preclaram partem Artis medicae nobis tradidit, & perfecit accuratissime, qui libello de Pulsibus ad Tyrone, maxime vero altis in libris de differentiis, de diognitione, de Prognosticis, nihil videtur praetorisse, quod ad integratatem huiusmodi argumenti pertinere possit. Ut interea nihil dicam de aliis libris hac de re ab eo conceptus, speciatim vero de libro, quem, in arte medica ad finem ipse promittit se esse compositum, atque artem de Pulsibus ad compendium redactum, qui quidem libri, si ad nos peruenissent, forte hunc nobis laborem, ac medicis omnem difficultatem abstatuerent, quam ipse metu Gal. 1. lib. de Pulsibus dignoscendis cap. primo fatetur talem, & tantam esse, vt putauerit ad exactissimam, & absolutissimam pulsuum cognitionem totam humanam vitam necessario requiri. Vulgarē compendium pulsuum, quod nomine Galen. circumfertur, esse spurium, ac prorsus Gal. indignum, puro esse manifestius, quam vt debeat longius dubitari: nec mihi liber in re manifesta tempus perdere. Certe nescio qua fronte à Thurisano. Conciliatore, ac nonnullis, inter legitimos Galeni libros reponantur. Sed fortasse nimis prefati, ad rem, & ad primum caput aggrediamur.

CAP V

C A P T . I. De *essentia pulsuum*. **C A P T . II.** De *definitione pulsuum*.

Qvicinque de pulsibus sermonem habent, ab eorum definitione statim principium faciunt: mox singulorum verborum, ac particularum definitionis, va loquuntur, explicationem aggrederuntur. Quam quidem docendi methodum video, plerosque omnes hoc tempore in rebus prope omnibus mirabiliter obseruare: quod principio publicarum Lectionum, necnon etiam in disputatione de abusus medicamentorum Veli cap. primo, & secundo prioris libri copiosius diximus. Veres quoque hanc methodum mihi videntur tenuisse, ex quorum disciplina plarim pulsis definitiones constituta, ac traditae sunt. Quae referuntur à Gal. 4. de diff. Pulsuum c.2. At vero huiusmodi omnes, atque eorum institutum non probatur à Gal. cum enim definitio ex praeceto Arist. 6. Topicorum, necnon 5. Metaph. 4.8. ex prioribus, & notioribus debeat constare, atque omnes consentiant difficile admodum, atque arduum esse probe rerum definitiones confidere. Gal. 4. de diff. Puls. cap. primo, vocat nimis audaces quicunque timeret, & sine villa cognitione non solum pulsus, sed etiam carera arteria audent definire, in quibus quidem præcipitatis definitionibus, ut multi committantur errores est necessarium, sicuti euenerit. Vereribus medicis tempore Gal. qui omnes eorum definitiones pulsus refutat, plurimaque eorum virtus apertissime demonstrat. Ceterum, ut ne idem quoque posteris euenerit, sed unusquisque possit meliore ratione essentiam pulsus intelligere, ante omnia id nos doceat, quomodo licet medico pulsus definitiones probe inuestigare; & confidere. Cuius quidem doctrina summa est huiusmodi. **D**uo prima videntur genera definitionum: alterum, quod rei notionem explicat, alterum, quod rei essentiam docet: ut amque scientie virtutem obtineat. Primum, qua notionem explicat, ut si omnibus manifesta, quicunque eadem lingua videntur, neque ad rei essentiam attingat. Secundum que essentiam docet, ut priori consentiat, cum illa tamen eadem non sit. Propterea necessario opus fuit, ut non solum duas, sed etiam tres, vel quatuor definitiones conficiantur. Vna, que omnibus eiusdem linguae hominibus sit concessa, qua de essentia rei nihil statuat, sed in sola ratione consistit. Altera, que aliquantulum recedat à notione, & nonnulli ad essentiam accedit. Tertia, que adhuc magis tantum notionem, non essentiam aperiat. Quarta, que totam essentiam doceat. Quae quidem plures definitiones ita debent inter se disponi, ut quarta ad tertiam, tertia ad secundam, secunda ad primam referantur. Ex qua pulcherrima Galenica disciplina facile est intelligere in quanto errore versentur vulgares definiitores qui quarencquerem docturi, nulla præmissa notione, & inquisitione, statim suas definitiones, quasi ex tripode proferunt, quæ propterea sunt usque adeo ambiguae, perplexæ, obscuræ, signatae, ut necesse sit circa earum explicationem longius commotari. Sed nos ad Gal. methodum, & rei nostram veniamus. **V**aria apud medicos fuerunt pulsus significaciones: de quo quidem diffuse mentionem facit Gal. primo de diff. pulsuum cap. 2, secundo de diff. pulsuum cap. 3, quarto de diff. pulsuum cap. 2. Verum cæteris omnibus prætermisso, idem scilicet Gal. 4. de ratione vicitus in horib[us] acutis, com. 26. in lib. quod animi mores corporis temperaturam sequantur, cap. 8. quarto de diff. pul. cap. 2. Veres medicos usurpare nomina pulsus de iis tantum notionibus, quæ in particulis inflammatione laborantibus contingunt. Hippocrat. vero omnium primum alterius significacionis auctorem fuisse, quod postea

apud

apud omnes inualuit, qui morum omnem arteriarum qualisunque esset pulsuum vocare confuerit. Hæc autem res, Galeno interprete, ita se habet nono de diff. pulsuum c. secundo, in quibusdam particulis nostri corporis, maxime vero, quæ carne sunt destituta, qualis præ cæteris est corpus in manu, facile unusquisque non solum tactu, sed etiam visione potest motum quendam percipere, qui in omnibus hominibus bene valentibus iam inde à primo ortu sine villa intermissione fit, & usque ad interitum perducitur, in quo quidem motu facile licet cuique obseruare, quidam de profundo ascendere, & surgentem manum ferre; deinde id aperte regredi, ac recedere, mox quiescere.

Contra vero interdum nobis primum se præsentare speciem quandam rei quiescentis, deinde ascendentis, ac mox ferientis, demumque se recipientis, & quiescentis: Ut manifestum sit, huiusmodi motu rei ascendentis, ferientis, regredientis, quiescentis in orbem ferri, ac non nisi cum vita hominis desiccare. Cum motum, Galenus inquit, omnes homines pulsuum appellant, quod si quis huius nominis, & communis notionis breviorum definitionem desiderat, id cuique licet, dummodo, inquit Gal. is nihil prætoret, neque addat quicquam superuacaneum præter ea, quæ modo diximus. Namque si quis præter ea quid vel minimum addiderit (si quidem id præter rem atque inutile fuerit) inutiliter operam perdet; si vero id ad rem, atque utiliter dicatur, certum est illum à notione ad rei essentiam accedere. Ex quo si dixerit eiusmodi motum esse motum arteriarum, quandoquidem hac definitionis non solum motum, sed etiam quorum sit motus declarat. Cum vulgus manifeste quidem intelligat, talem esse in corpore motum, nihilominus ignorat corpus, quod mouetur. Quod si quis neque his contentus adhuc velit arteriarum orrum, figuram, tunicas, venum, facultatem, & alia id genus explicare, utique hac longe magis à priore notione recedit, & ad totam essentiam pulsus accedit. Itaque definitionem notionis id tantummodo quod omnibus hominibus perspectum est, præterea nihil debent explicare, qualis est definitio notionis pulsus, si dicamus quandam motum sensibilem in variis corporis partibus rei per circulum, ac perpetuo se attollentem, ferientis, se recipientis, & quiescentis, apud omnes homines pulsus vocari. Huiusmodi autem definitionis notiones, quas Aristot. 2. Posti & in Metaph. definitiones quod nominis appellat, sicuti ex una parte non semper sunt preferenda, quod nonnulli inepite per continuo faciunt; quos Gal. aliquando irrigit secundo de different. pul. cap. 3. 4. de different. pul. cap. 9. qui ne oltis quidem citra definitionem empti sunt. Sed tunc dunataxat, quando non omnes rem propositam assequuntur, aut quis vel malitiose, vel impudenter præter item hominum acceptiōnem, nonnullum significatiōnem peruerit. Ita ex altera parte Gal. quarto de different. pulsuum cap. 2. scribit illos quam maxime errare, quicunque in re ignota, vel incipiūt nominis definitionem prætermittunt, solam essentialem definitionem proferunt, ac propter huiusmodi ignorantiam temere pronuntiare, quicquid stulte illis intentiōne venit. A quo quidem errore quomodo vulpis definitorum nostrorum se tueatur, ipsi viderint. Iam vero si ex Gal. præceptis illa omnia velimus præmittere, & examinare quæcunque ad alteram essentialem definitionem pulsus forent necessaria, longissima opus esset disputatione.

Itaque nobis propositum est circa illa rancum versari, & quidem quam breuissime fieri potest quæ ad nostrum institutum satis esse possunt. Ceterum illud cōmode mihi video facere posse, postquā Gal. hoc tractando arguento nobis omnem

Ieuauit laborem, si illius essentiale definitionem accipiamus, interpretemur, illumine, & quadam veluti paraphras omnibus manifestata reddamus. Postquam igitur Gal. plurimas Veterum medicorum pulsus distinctiones recensuisset, reprehendisset, confutasset, tandem haec habet, quarto de different. Puls. cap. 2. Nos aperte dicamus, pulsus esse actionem peculiarem, praeципue cordis, deinde arteriarum, que distensione & contractione mouetur a facultate vitali, quo nativi caloris mediocritate retineantur, atque in cerebro spiritus animalis generetur. Ac sane si quis considereret omnes conditiones probae definitionis de quibus Arist. 6. Top. diffuse, 4. Phys. tex. 21. praecipue sunt, ut definitio sit propria definiti, adeo ut cum eo convertatur, ut nihil in definitione defit, aut superfit, ut definitio tollat omnes difficultates, que de re habentur, is facile fatebitur hanc Gal. definitionem pulsus omnibus numeris fuisse absoluta. Sed nos singula persequamur, Pulsus est actio. Ex praecipuis Dialecticis, haec definitio constat ex genere, ex differentia. Itaq; actio est genus. Nihil autem refert, sive actionem, sive motionem, vel motum dicas. Quae def. inde sequuntur, omnia differentiae sunt. Actiones corporis sunt in primis duplices. Aliæ sunt in omnibus partibus, & toti corpori communis alimenti attractio, retentio, coctio, expulsio. Aliæ sunt vniuersales, vel alterius partis proprietas visio oculorum, auditio aurium, ambulatio crurum. Ergo pulsus est actio, non communis, sed propria, & peculiaris, praeincipue cordis, deinde arteriarum. Interpretes vertunt materiale, quæ forte melius vertuntur. Primum cordis, secundo arteriarum. Namque arteriae non sua sponte, sed ex eis mouentur, & huiusmodi edunt actionem, quatenus haec mouendi vis, & facultas a corde, cui natura ingenita, atque insita est, cum illis communicatur. Quæ distensione, & contractione mouentur a facultate vitali. Quandoquidem naturale omne, quod mouetur, ab alio mouetur, quod Arist. luculentem demonstrat in principio lib. 7. Physic. speciatum vero rerum, quæ posse sunt in generatione. Definitio complectens causam efficientem optimam censenda est, quod itidem Gal. docet quarto de different. Puls. cap. 9. summa cum ratione in definitione pulsus, quem certum est, sicuti ceteros omnes motus, duntaxat in fieri suam essentiam obtinere. Causa efficientis à Gal. posita est; illa vero est apud Gal. facultas vitalis, in qua sententia ego quidē libenter acquiesco, qui nolo de hac re variis Philosophorum, & Medicorum, maxime vero Arist. opinionem afferre, de quibus mentionem facit Gal. cum aliis locis, tum maxime in primo de Causis pulsuum cap. 2. cum alij nativum calorem, alij spiritum (in qua sententia videtur fuisse Arist. lib. de respiratione, si modo hic liber est Arist.) alij constitutionem, alij proprietatem temperamenti, alij nervosam structuram corporis, alij qualitatem nullo nomine praeditam contendant efficientem causam pulsus esse. Siquidem huiusmodi subtilior disputatio aliena est à meo instituto, nec ad cognitionem pulsus videtur quicquam conferre. Quod si quis vestrum cupiat adhuc, quidnam Gal. sit facultas vitalis, cognoscere, ille ad hoc respōdet apertissime primo de Presagis ex Puls. cap. 4. primo, de Simpl. medicamentis, c. primo. Vitalem facultatem nil aliud esse, quam communum cordis temperamentum, quod propterea affirmat, quoniam bene, vel male temperatum est, catenus suum munus obire, pulsulq; modo languidores, modo robustiores efficere. Itaque arteria mouetur a facultate vitali, sed quomodo mouentur? Galenus responderet, dilatatione, & contractione, quos Græci *diasys*, & *avvys*, vocant, quem quidem duplum motum arteriarum actionem esse Gal. docet, & confirmat lib. de vnu Puls. c. 6. aduersus nonnullos, qui contendebant, vnam tantummodo systo

systolem esse propriam arteriarum actionem, diastolem vero tunicarū ipsarum in naturali parte dilatatiā spontaneum esse redditum. De quibus quidem duobus motibus, plurimisque difficultatibus, quæ passim a veteribus, & recentioribus medicis agitantur, cū ego nolim hoc tēpore longius agere, illud vnu à junioribus sciendum est arterias vna cum corde eadem plane ratione, eodemq; temporis momento, tum constringi, tum dilatari per constrictiōnē, & contractionem foras expelli, quæcumque fuliginosa extrema ex coctione, aut verius exustione humorū in toto ante contraria sunt, per sublationē, & dilatationem frigidorem aērem in cor, atq; ad penitioris corporis partes trahi, ac deferri: Quo nativi caloris mediocritas retineatur, atq; in cerebro spiritus animalis generetur. Certissimum, atque in Galeni doctrina exploratissimum est, actiones nostri corporis propterea fuisse à natura constitutas ex quo ille generale tradit praeceptum 7. de vnu partium cap. 20. ut post explicacionem actionis cuiusque partis, perpetuo illius utilitatem debeant explicari. Igitur iure Gal. post explicacionem actionis cordis, & arteriarum postremo in sua definitione utilitatem assert. Haec vero est duplex, altera, ut congruens nativi caloris moderatio, & temperatio conseruetur. Altera, ut cerebro accommodatum pabulum subministretur, ex quo spiritus animalis continenter generari ac fonsit posset. Ut autem iuniores hanc duplē pulsus utilitatem intelligent, quod ad primam pertinet, sciendum est innatum huiusmodi calorem in perpetuo opere, ac motu continuo versari: Cum ille de sententia Hippocrat. omnium naturalium operum auctor anima substantia, aut salte anima principium, & necessarium instrumentum existat, illius principium, fontem, ac focum in corde consistere, à quo deinceps in toto corpus, & singulas corporis partes diffunditur, atq; hinc fieri, ut in corde præ ceteris omnibus partibus nostris corporis insignis perpetua caliditas continetur, quæ propterea Gal. ardenti flamma aliquando assimilare consuevit, ut diffuse in publicis lectionibus diximus. Cum huiusmodi igitur insignis calor non aliter, ac flammati dupli potissimum ratione possit marcescere, ac corrumpi, altera si præter modum augeatur altera si nimia fuliginosa copia obrivatur, utriq; periculo prouido natura mirabiliter prospexit, nempe respiratione, & pulsu. Quandoquidem & Thorax, & arteriae dum dilatantur, aērem attrahunt frigidorem, quo natius calor in congrua moderatione conseruat. Dum constringuntur expellunt fuligines, quæ retenta liberant caloris perspirationem, & ventilationem porosum impedit. Ex qui iure Gal. docet vnu seuque pulsus, & respirationibus vnu fuisse à natura institutos. Quod vero ad alteram pertinet utilitatem, si prætermis, quæ generatim de spiritibus, speciatim de spiritu animali a Philosophis, & medicis disputantur, in primis vero à Nouatore Argenterio aduersus Gal. lib. de somno, & vigilia, necnon in Gōment. Artis medicae, illud vnum mihi, & meo instituto cēso latet in presentia, spiritum animalem in cerebro tamquam in propria sede residere, quod milles à Gal. tradidit, hoc nomen animalis sortitum fuisse, non quod substantia anima sit, sed quod proprium sit eius ibi habitantis instrumentum, quo sensus, & motus in vniuersas corporis partes transmittitur, 7. de Placitis Hippocrat. & Plat. cap. 3. Ex quibus facile est cuique intelligere, quonodo pulsus naturalem cordis temperiem conseruando, illique congruam naturam generationis vitalis spiritus subministrando, id quoque possit præstare, ut spiritus animalis in cerebro generetur. Arque haec tenus de essentia pulsus ex Galen. definitione, quam sicuti supra diximus, certum cuique esse potest; habere omnes conditiones probae definitionis, atque

que omnibus suis partibus perfectam, & absolutam fuisse. Namque ut cætera omnia prætermittamus, hac definitione facile tolluntur omnes controversiae, quæcunque de essentia, & generatione pulsus potest afferri, ex. gr. nonnulli pulsus definiebant motum arteriarum: nonnulli contendebant male pulsum per cordis, & arteriarum motum definiti, quod alij plurimi sint morus, quibus huiusmodi partes præditæ sunt. Alij existimant, arterias per se ipsas moueri, alij pulsum definiebant motum non solum cordis, & arteriarum, sed etiam membranarum cerebri, vel ipsius cerebri, vel vtriusque. Alij alias de hac re cogitationes inanes commenti sunt, de quibus Gal. diffuse sermonem habet lib. 4. de different. puls. quæ quidem omnes difficultates facile dissoluuntur, si cum Gal. dicamus, pulsum esse actionem propriam, & peculiarem, primo quidem cordis, secundo arteriarum, quæ systole, & diastole, dilatatione, & contractione mouetur à facultate vitali tum propter conservationem mediocritatis, ac temperantia caloris innati, tum propter generationem spiritus animalis in cœrebro.

C A P V T . I I .

De differentiis pulsuum.

Tractatus differentias pulsuum, id primum vos scire velim, hanc partem non solum in tota disciplina de pulsibus, sed forte etiam in tota arte medica longe difficilem esse, vt vel ipse Galenus fateatur se non posuisse omnes pulsus differentias perficere, atque integrè percipere, & intelligere. Ego vero conabor huiusmodi tractationem, & planiorem, quatenus fieri poterit reddere, qui statui, non omnes pulsuum differentias vobis explicare, quod à Galeno accurate, & diffuse traditæ sint, sed eas tantum quæ mihi videntur maioris momenti, vtrios, & ad vestram institutionem magis pertinere. Cæterum ex præcepto Galen. primo metho. 3. & 5. qui nos docet, species, & differentias rerum ex eaurum definitionibus colligere, ex finitione pulsus iam satis explicata, conabimur pulsus differentias inuestigare, hoc modo. Pulsus est motus cordis, & arteriarum. Cum igitur Philosophus dodecat, omnem motum fieri de loco in locum, id quod potest fieri, vel celeriter, vel tarde, vel mediocriter, hinc prime pullus differentiæ nobis sese offerunt a qualitate motus. Pulsus aliud velox est, aliud tardus, aliud mediocris. Pulsus velox illæ est, qui arteria modica, & breui tempore de loco in locum mouetur; ac motu, huiusque perficit motum. Contra pulsus tardus illæ est, qui multo, ac longo tempore mouetur, de loco in locum mutatur, huiusque opus absoltum. Ad quem modum dicimus, equum celeriter, vel tarde moueri, qui exiguo, vel longo tempore iter conficit. Pulsus moderatus autem mediocris est, qui medio modo se habet, & inuenitur distensione, & contractione, quoniam motus pulsus non est simplex, sed ex duobus oppositis motibus constat, vt duas quoque inter nos ponatur quietes necessariam est, altera post dilatationem, priusquam arteria corrahuatur, quæ exterior, & superna dici potest. Altera post contractionem priusquam arteria dilateretur, quam internam, & inferiorem licet appellare; quandoquidem natura pulsum alterum motum agreditur, antequam perficiat priorem, atque vt Philosophi verbis utramur 8. Phys. tex. 61. & 62. omne, quod mouetur in contrario quietescit. Quamobrem ex huiusmodi quiete, vel ex tempore quietis, quæ nihil aliud est, quam immobilitas; seu priusatio motus, aliae tres se produnt pulsus differentiæ. Pulsus aliud, celeriter, aliud tardus, aliud mediocris. Pulsus creber de-

finito

finitore Galeno lib. de Puls. ad Tyrone cap. 4. est, cum tempus quietis breue, & modicum est Pulsus rarus, cui tempus quietis longum, & amplius est. Mediocris est, qui inter vtrumque medium modum obtinet. Verum in hac differentia dubium est, cum duplex sit quietes, interna, & externa, vtrum ex altera tantum, an ex vtraque pulsus crebitas & grauitas accipienda sit, quod quidem dubium ex eo videtur potissimum originem habuisse, quod nonnulli contendant, solam arteria dilatationem, minime vero contractionem sentiri. De qua controversia cum ego nolim longius agere, si quis velut cupiat plura intelligere, is videat Valesium contr. 7. lib. 3. qui inter cæteros eam tractat diffuse. Gal. quidem tradens rationem, & modum cognoscendi hanc duplicom quietem in pulsu, secundo, de dignitione pulsuum cap. vlt. docet, externam quidem quietem, quæ est inter finem dilatationis, & principium contractionis facile percipi; internam vero, quæ est inter finem contractionis, & principium dilatationis, non sine magna industria, & labore deprehendi posse, qui in summa ita statuit primo de diff. pulsuum cap. 7. & 8. apud illos, qui affirmant solam dilatationem sentiri, crebitatem, & raritatem ex vna quiete externa, ac toto eo tempore, vel intercallo, quod inter motum omnem dilatationis, & contractionis intercedat, accipendum esse, apud eos vero, qui profitentur se non minus contractionem, quam dilatationem sentire, crebitatem, & raritatem ex vtrique quiete esse colligendam.

Itaque siue ex vna, siue vtrique quiete velimus huiusmodi pulsus differentiam colligere, si arteria diutius firmetur, & quieteat in vltimo loco, in quem dilatatione, vel contractione ingressa est, antequam alterum continuum motum aggrediat pulsus rarus, si autem breuiori tempore firmetur, quieteat, pulsus creber dicendus est. Sed reliquias differentias persequamur. Quoniam arteria, quæ distenditur, sicut reliqua omnia corpora, triplicem habet dimensionem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, vt differentiæ quoque ex quantitate huius distensione elicantur, necessarium est. Quoniam vero omnis quantitas in multitudinem innumerabilem secari potest, quod à Gal. traditum est in Phrasibus cap. 30. vt omnem confusionem fugiamus, nobis satis fuerit cum Gal. huiusmodi quantitatem dilatationis arteria ad tria capita referre, vt vna sit moderata, vtrique sint duo extrema, alterum quod mediocritatē excedat, alterum quod à mediocritate deficiat, quod si quis adhuc velit singula capita in alias differentias dividere, quatenus dilatatio magis, vel minus excedit, aut recedit à mediocritate, id cuique licet, neque à Gal. quandoque prætermisum est secundo de differentiis pulsuum cap. 6. Itaque pulsus dilatatio alia excellens, alia mediocris, alia deficiens. Cum autem hæc ipsa dilatatio, vel in singulis tribus dimensionibus separatum longitudine, latitudine, profunditate, vel in omnibus simul generatim, & coniunctim fieri possit, hinc plures colliguntur pulsus differentiæ. Namque primo si arteria supra mediocritatē excedat, ac p. n. augeatur in longitudine, Pulsus longus; in latitudine pulsus latus; in profunditate pulsus altus est dicendus. Sicuti contra, si arteria infra mediocritatē excedat, ac præter naturam minuatur, in longitudine pulsus breuis; in latitudine angustus; in profunditate humili appellabitur. Quod si arteria in singulis dimensionibus media quadam ratione dilatetur, vt nihilque excedat, nihil deficiat, iam diximus hunc pulsus esse mediocris. Deinde vero si arteria dilatationem consideremus, non separatim secundum singulas, sed coniunctim tantum omnes dimensiones, hinc alia rursus consurgunt pulsus differentiæ, quæ itidem modo po-

sita ratione possunt distribui. Namq; si arteria dilatatio simul in omnibus dimensionibus longitudine, latitudine, profunditate, medium quendam modum retineat, pulsus moderatus, temperatus & qualibet; si modum excedat, pulsus magnus, si deficit, pulsus parvus dicendus est. Quoniam omnium pulsuum definitio apud Gal. est huiusmodi. Pulsus Magnus est longus, latus, altus, vel qui in omnibus tribus dimensionibus mediocritatem excedit. Pulsus parvus est brevis, angustus, humiliis, vel qui in omnibus dimensionibus imminutus est. Pulsus moderatus est, qui secundum omnes dimensiones mediocritatem seruat. Non ignoro, nonnullos recentiores has differentias accipere non solum ex dilatationis quantitate, sed etiam contradictionis arteriae, in qua itidem tres dimensiones videntur posse animaduerti, & in proprias differentias referri. Ego vero sicut in ceteris omnibus, ita hac quoque in re volvi Galeni doctrinam, atque exemplum imitari, qui scribens ad Tyrones, quod itidem nos facimus, vnam dilatationis quantitatem considerat, lib. de puls. ad Tyrones cap. 2. atque ex ea tantum differentias colligi, quod ut puto, arteria contractio non ita facile, & proprie sicuti dilatatio percipi, & deprehendi posse, ut supra diximus. Verum hoc loco minime prætermittendum est necessarium quoddam Galeni præceptum, quod & ad eas, qua hactenus traditæ sunt, & ad ceteras omnem pulsuum differentias generaliter pertinet, nimirum, Pulsus moderatum, & cuique, naturalem ante omnia esse animaduertendum, atque ad illum, tanquam ad Lydium lapidem omnes arteriarum excessus, & defectus, ex quibus tot resultant differentia perpetuo referendas esse, qui scribit ad hunc modum secundo de dignotione pulsuum cap. 2. ad finem, vbi optimam constitutionem inuenierimus corporis nostri, primo animaduertendum est, qui eius sint pulsus, neque obiter, vel negligenter, sed in eo statu hominem accipiamus, vbi suum proprium motum pulsus a nulla externa causa immitratur retineant. Hoc fieri si non in longo otio sit veritas, nec recens exercitatus, nec vero etiam diu ieiunauerit, vel multum comedenter. Aen. præterea sit optimus temperatus, ipseque æger liber sit ab omnibus animi affectibus, & tranquillissimam mentem habeat. Postea inuestigandas sunt corporis vitiosæ constitutiones, tumquæ primo easdem recentib[us] differentias, deinde quos in illis excessus reperi, atque defectus, hos ad moderatam, atque optimam constitutionem conferes. Hæc Gal. Quæ consulto hic vobis transcribere, quod ad rotam intelligentiam pulsuum sint maxime accommodata. Hactenus traditæ sunt differentia ex motu arteria, in quo certum totam ipsius substantiam, seu essentiam confistere.

Iaque id restat, ut ad alias differentias transcamus, quæ accipiuntur ex accidentibus, quæ huiusmodi arteria motionem necessario consequuntur qualia præcipue sunt mollicitas, & durities. Mollicitas enim & durities, ut Gal. inquit in lib. de optima secca ad Thra. c. 3. & lib. si statim vna cum motu arteria percipiuntur, tum minime ad motum pertinent, sicut superiores differentiae, quandoquidem corpus molle, & durum, ut sit tale, motum non requirit, cum per se etiam sine motu tactu facile occurat. Norat Gal. primo de diff. pulsuum cap. 6. huiusmodi pulsuum differentiam à plerisque medicis maxime iunioribus, pulsum plenum, vacuum & inter utrumque medium dici consueisse, à seipso autem pulsum mollem, durum, & moderatum, appellari, in qua Gal. significatione, & appellatione equideem censio esse acquirendum. Iaque pulsus alius molles, alius durus, alius temperatus. Molle inquit Philosophus 2. de Ortu & interitu tex. 13. ad humidum, reducitur, & in seipsum facile cedit. Durum contra, ad siccum refertur, neque cedit in seipsum. Itaq; pulsus est mol-

lis,

lis, quia arteria quomodo humidior, laxior, & carnosior, tangentि manu occurrit, ac facile cedit. Pulsus autem est durus, quoniam arteria siccior, densior, & rigidior instar cori percipitur, nec facile cedit. Pulsus temperatus est, qui inter utrumque molle, & durum medio modo se habet. Post hæc in definitione pulsus fuerant verba (a facultate vitali.) Ex qua particula alia deum propria pulsus differentia consurgit. Cum enim operatio prodiens ex huiusmodi facultate, vel valenter, vel debiliter, vel medio quodam modo fieri possit, hinc tres consurgunt pulsus differentiae. Pulsus alias vehemens est, alijs debilis, alijs inter utrumque medius est. Neque enim aliquis junior hic turbetur, quod paulo supra traditæ fuerint differentiae secundum magnitudinem, & paruitatem pulsus, quæ fere in idem cum iis videntur cadere. Namque altera res habet, siquidem priores differentiae accipiuntur ex quantitate, ac simplici dimensione arteriarum, ha vero posteriores ex facultate vitali, atque illius operatione definienda sunt. Vnde si vere, & proprie loqui velimus, altera prior differentia potius magnitudo, vel paruitas arteriarum, altera posterior potius magnitudo, vel paruitas pulsus dicenda sunt. Igitur apud Gal. 3. de different. pulsuum cap. 5. pulsus vehemens ille est, qui tactum lubuerit, id est qui valde, & quodam conatu pulsat. Ad quem modum, ut idem scribit Gal. cap. primo libri 4. de dignitione pulsuum ex communi hominum notione, non solum quædam animalia, leones, tauri, sed etiam quædam inanimita, fluuiorum decursus, & magni venti, vehementia dicuntur, quod illa vehementer, ea violenter agant, adeo, ut etiam si magna vi contendamus ire contra, prohibeamur, repellamur, atque coerceamur: contra vero pulsus debilis ille est, qui sine conatu, imbecilliter, ac vix pulsat, & percipitur, ut quandoque homo pulsu priuatus videatur.

Atque hæc quidem sunt simplices pulsuum differentiae, quæ mihi videntur esse maioris momenti & ad meum institutum futura sat. Etsi enim nonnulli, in primis autem Anicenna alias quasdam simplices pulsuum differentias commemorant, quales exempli gratiæ sunt, pulsus plenus, vacuus, crassus, tenuis, gravis, leuis, calidus, frigidus, & forte alij id genus, nos quinque modo expositis contentiemus; quod arteria huiusmodi omnes differentiae, vel tactu deprehendi, vel ad has facile posse referri, vel levem, aut fortasse nullum vsum possunt affere.

Itaque ad compositas pulsuum differentias veniendum est; quod in singulis tractandis rerum differentiis Arist. Gal. & omnes docent, primo de simplic. mox de compositis sermonē habendū esse. Quoniam vero huiusmodi composita differentiae plurimæ sunt, ac propemodum infinitæ, addo plurimis, & grauissimis, difficultatibus implicatae, quæ nullo modo breui oratione possunt cōprehendi, & explicari, ego quidē statui quædam tantummodo pauca præcepta de hac re summatim tradere, quæ præsentī operi ac meo instituto possunt seruire, quod eo liberius facio, quoniam compositi pulsus ex simplicibus constant, & qui probe simplices intelligit, & compositos quoq; facilius intelligat, necesse est, siquidem vt Aristot. docet, tunc vnuquisq; arbitratur se compositum nouisse, quum nouit quibus, & quot partibus illud constet. Itaq; sciendū est ex Galen. ii lib. de pulsib. ad Tyr. cap. 5. primo de differentiis pulsuum i o. omnibus supra propositis differentiis, pulsib. æqualitatem, & inæqualitatem, necnon ordinem, & ordinis perturbationem necessario contingere, de quibus cum eodem Galen. ita habendum est, atque id primum æqualitatem, & inæqualitatem, atque ordinem, & ordinis perturbationem inter se differre quod æqualitas & inæqualitas, tum in uno, tum in pluribus pulsibus sunt, ordo autem, &

I. 4

ordi

ordinis perturbatio duntaxat in pluribus consistit. Aequalitas porro, vel inaequalitas pulsus nil aliud est, quam paritas & imparitas prioris pulsus, cum reliquis, qui deinceps post priorem pulsum sequuntur, adeo ut ex. gr. si decem pulsationes fuerint pares, pulsus aequales, si vero fuerint impares, pulsus inaequales dicendi sunt. Huiusmodi autem aequalitas, & inaequalitas dupliciter dicitur: uno modo generaliter, & absolute, altero speciatim, & in certo aliquo genere. Pulsus simpliciter aequales dicuntur, qui continua serie, neque in velocitate, neque in crebritate, neque in magnitudine, neque in ceteris differentiis aliquam inaequalitatem, aut mutationem, sed omnes eadem plane ratione, ac regula progrediuntur, iidemque perpetuo perseverant.

Contra vero pulsus inaequales simpliciter dicuntur, qui in velocitate, crebritate, magnitudine & reliquis omnibus differentiis sunt immunitati, adeo ut eandem statim cum prioribus non obtineant, neque in eodem tenore perseverent. Dicam rursus pro iunioribus vno verbo cum Gal. 1. de differentiis pulsuum cap. 10. si omnes pulsus, & secundum omnes differentias omnibus modis pates maneat, vniuersitatem, & simpliciter aequales dicendi sunt. Altera ex parte, si omnes pulsus, & secundum omnes differentias omnibus modis fuerint impares, generaliter, & absolute inaequales sunt appellandi. Ceterum, pulsus aequales, vel inaequales non generaliter, & absolute, sed particulariter in certo aliquo genere illi sunt, qui non secundum omnes, sed secundum unam, vel alteram, vel plures differentias mutantur, neque congruam paritatem conservant. Quamobrem apposito nomine illius differentia, quam retinent, aequales, vel inaequales dicuntur, ex. gr. pulsus aequalis, vel inaequalis in magnitudine, pulsus aequalis, vel inaequalis in velocitate, & sic de ceteris. Ac si plures differentiae simili coniunguntur, quod aliquando evenit, duo tres, vel plures, coniunctis quoque nominibus appellabuntur. Pulsus inaequalis, vel inaequalis in magnitudine, in crebritate, in velocitate, mollicitate, vehementia, &c. in vniuersum vero inaequalitas pulsus, & placet Gal. 1. de differ. c. 10. & 11. nouam duplum diuisiōnē recipit; namque altera in cumulo plurium pulsuum consistit, quae propterea beforeat in Græcis, Latinis collectiua, congestiua, cumulata dici potest. Altera vero in una confitat pulsatione, quam singularē licet appellare, qua quidē priore obscurior est, ac multo difficilius cōprehenditur, sed vtracq; diuisio in alias differentias distribuitur, ac primo quidem inaequalitas collectiua, qua in multis pulsibus consideratur, alia est aequalis, alia inaequalis, neque vero est inquit Galen. vt quispiam mireretur, quod aequalē dicamus inaequalitatem, cum id frequenter vnu veniat, non modo in pulsibus, sed aliis in rebus prope omnibus, quae dum degenerant à pristina sua natura, vel magnitudine, vel qualitate, aequalia, vel inaequalia faciunt incrementa. Nam quatenus à propria natura discedunt & aequalitatem perdunt, etenim inaequalia vocantur, quatenus autem aequalē semper faciunt mutationem, etenim aequalia appellantur. Itaq; istud primum pulsibus quoque evenit, quod si pristino statu non constant, nec parem mutationis rationem constituant, pulsus inaequales dicendi sunt, sicuti contra, si à pristina quadam conditione recessunt, sed parem, ac pari seruata mutatione recessum faciunt, pulsus inaequales, aequales dici debent. Exemplo res fieri manifestior, quod itidem à Galeno propositum est. Accipiamus differentiam pulsus magni, ac singamus pulsum secundum primo esse paulo minorem, tertium secundo, quartum tertio, quintum quarto, & ceteros deinceps, qui sequuntur proxime superioribus tanto esse minores, quanto secundus primo minor

minor fuerat, adeo ut in singulis pulsationibus eadem proportio, ac mensura mutaret, atq; imminutæ magnitudinis seruetur. Iā satis constat huiusmodi pulsū magnitudine esse inaequalem. Si quidē pluribus pulsationibus magnitudine inparibus constat, sed tum pariter videatur constare hanc inaequalitatem fieri aequaliter, quod æque in omnibus mutationibus succedant. Hic autē pulsus à Græcis *avng* dicitur à figuris, quæ in acutum desinunt, vel quod cauda muris similitudinem repræsentent, cuius crassitatis magis, ac magis minuitur, quanto longius protenditur. Vel vt aliis placet *avng* que voce pulsus simpliciter decurrent, aut *mutila*, aut *decrecens* significat. Ad quē modum veteres quoque genus quoddam versuum *avng* appellabant, quod postremo pede claudicabant, & deficiebant. Altera autem ex parte si in eodem pulsu magno, secunda, tertia, quarta, & quæ deinceps sequuntur pulsationes sint quidem minores priore, sed nullam inter se proportionem, ac mensuram seruent, adeo ut exempli gratia, quarta pulsatio sit minor secunda, sed similis tertia, & ita reliqua mutationes à seipsis dissentiant, neque aequaliter, neque seruata ad inuicem æqua distantia fiant, huiusmodi pulsus inaequales dicendi sunt.

Sed ad alteram qualitatem venio, quam diximus vna pulsatione constare; hæc quidem in variis differentiis distribuitur, quandoquidem vt Galenus docet in primo de diff. pulsuum 13. vna, atque eadem est ratio, & vniuersitatem in omnibus, & speciatim, ac separatim in singulis generibus pulsuum. Etenim si huiusmodi vnius pulsus inaequalitas accidat in omnibus generibus, tunc pulsus absolute inaequale, si vero in vno tantum genere, tum pulsus inaequale in eo genere nominatum dicenus. Exempli gratia in celeritate, in qua contingit inaequalitatem admitti, vt de altera collectiua, inaequalitate, quæ fit in vno pulsu, siue fuerit absoluta, id est, omnibus pulsuum generibus communis, siue non absoluta, id est, certi alicuius generis singularis, duas habet differentias, principales, altera constat in prima particula arteria ac tactu vnius digiti manus percipiatur, altera consistit in pluribus arteriæ partibus, ac non nisi tactu duorum, triū, aut plurium digitorum percipi potest.

Et quatenus ad primam pertinet, si quis vestrū miretur, quomodo vna, atque eadem particula arteriæ inaequalis fieri possit, ad hoc responder Galenus loco citato primo de different. puls. cap. 3. ratione diversi temporis motus hanc inaequalitatem contingere, quandoquidem nihil prohibet, quin haec ipsa particula primum tardior, deinde celerior, aut contra, primum celerior, deinde tardior moueat, atque ita reddatur inaequalis. Immo vero Galenus testatur summa inaequalitatem frequenter ac sèpe in pluribus contingere, ac multa denotare, de quibus promittit se alio loco sermonem esse habiturum.

Ceterum sciendum est, inaequalitatem in vno pulsu tam in vna, quam in pluribus illis particulis in plures adhuc differentias distribui, de quibus quidem, & ceteris omnibus pulsuum differentiis quam plurimæ adhuc remanerent nobis tractandas differentiæ, nobis autem de iis propositis est nihil dicere, sed in iis acquiscere, quæ hactenus à nobis sunt explicatae, partim ut ne discedamus ab ea brevitate, quam ipsi proposuimus, partim, ac potissimum, quod censemus expositas differentias apud Medicos esse frequentiores, maioris momenti, viriliores ad instituendas disputationes, quod meum præcipue est institutum satis futuras. Itaque ad absolutionem huius secundi capituli illud vnum restat, ut de ordine pulsuum, atque ordinis perturbatione verba faciamus. De quo illud est memoria repetendum, quod supta dixi, ordinis perturbationem non nisi in pluribus pulsibus con-

tingere , cum Philosophi doceant , quod alioquin est manifestissimum , ordinem esse rationem quandam plurium rerum , secundum prius , & posterius , quae ad unum primum principem dirigitur . Præterea vero illud quoque est sciendum , hanc differentiam ex pulsibus duntaxat in aequalibus originem habere , qui minime parés subeunt mutations , quandoquidem pulsus , qui altera ex parte parés subeunt mutations perpetuo eodem modo se habent , adeo ut necesse sit , ordinem illis perpetuo adiunctum esse . Sed tamen ita habendum est , in quo multi falluntur , pulsus in aequalibus minime omnes proflus , & necessario esse inordinatos , cum immo vero eorum quidam sint ordinati , quidam inordinati , quæ differentia est Galeni primo de diff. pulsuum cap . 10 . Ut autem hæc quoque pars , quæ ad ordinem , arque ordinis perturbationem pertinet , fiat manifestior , nonnulla , quæ iam supra fuerunt exposita cum Galeno , modo sunt repetenda . Namque pulsus si secundum omnes simplices differentias velocitatis , tarditatis , celeritatis , raritatis , & reliquorum fuerint parés , absolute æquales .

Contra vero si in omnibus differentiis fuerint impares , absolute in aequalibus descendit . Quod si pulsus vna aliqua , vel aliquibus differentiis sint parés , aliquibus autem differentiis sint impares , in prioribus quidem æquales , in posterioribus autem in aequalibus statuerint . Ex quo licet colligere ordinem , & ordinis perturbationem , non aliter , quam ex paritate , vel imparitate circuituum colligi posse . Namque si pulsus alioquin in aequalis plures obtineat circuitus impares , hic inordinatus dicendus est . Exemplo res fiat manifestior , quod idem proponitur à Galeno . Accipiamus igitur unum genus pulsuum in magnitudine esto , primus , secundus , & tertius sunt magnitudines parés , quartus ab huiusmodi paritate deficit , certum est , hunc pulsus magnitudine esse in aequali . Vtrum vero ille , vel ordinatus , vel inordinatus sit , adhuc certum non est . Itaque cæteros quatuor , qui sequuntur pulsus attendere , & expectare oportet . Namque si tres proxime sequentes , nempe quintus , sextus , & septimus prioribus , nimurum primo , & secundo , & tertio sint parés , & eandem cum illis proportionem terineant , si octauus respondeat quarto , atque ita deinceps cæteri circuitus eandem paritatem conferuent , hic pulsus inordinatus est in magnitudine , quandoquidem circuitus sunt parés . Si vero posteriores circuitus prioribus non consentiant , ac respondeat , utique hic pulsus est inordinatus : quandoquidem circuitus sunt impares . Quod vero de magnitudine diximus , idem inquit Galenus , de celeritate , ceterisque differentiis dicendum est .

Ceterum , si euenerit (erenit autem aliquando) ut duo , vel tres primi circuitus pulsuum sint omnino inter se impares proximi qui sequuntur non ita impares apud Galenum , hic pulsus absolute ordinatus esse non potest : sed tamen neque statim absolute inordinatus dicendus est , quippe hic quoque ad sequentes circuitus oportet animaduertere , qui si primis non respondeant , pulsus absolute inordinatus nuncupabitur , quod nullum proflus ordinem seruet . Quod si tres primi circuitus sint plane impares , proximi autem qui sequuntur , nempe quartus quintus , & sextus , sint quidem pariter impares , sed tamen alteri alteris in hac imparitate sibi ipsis respondeant , adeo ut quartus primo , & quintus secundo , & sextus tertio omni ex parte adequantur , huiusmodi pulsus ordinatus per circuitū à mediis sollet appellari ; qui quidem pulsus ordinatus percircumutum inter eos medis statuendus est , qui absolute ordinati , & inordinati vocantur , nam quoties certos quosdam circuī

circuitus pates obtinet , ordinatus , quoties vero non omnem ordinem retinet , inordinatus iure dici potest . Nec vero est , vt explicandis variis circuitibus pulsuum , qui ex variis numeris colligi possunt , longius laboremus , quandoquidem omnium eadem est ratio , & qui priores satis intelligunt , vt posteriores quoque probe intellegat , necesse est . Atque hæc differentiis pulsuum sint satis .

C A P V T III.

De Causis pulsuum .

CAUFA , quæ pulsuum variant , eti plurimæ possent afferri , tamen à Galeno in primo libro de causis pulsuum ad duo summa capita referuntur , ut alia sint principes , & generationis , ex quibus pulsus proximi conficiuntur , alia sint secundariae , & permutationis ex quibus pulsus varias duntaxat commutationes , & alterations subeunt . Causæ principales alio nomine continentur quod pulsuum essentiam contineant , quod ab illis primo , & immediate fiant , quod nulla earum possit mutari , quin pulsus quoque mutabiles maneat , quod illis constantibus , pulsus necessario fiant , illis deficientibus necessario deficiant , & propterea merito continentis , & principes dictæ sunt , quæ nominis ratio caufæ continentis tradita est à Galeno in libro de differentiis , quæ contra Hippocratis aphorismos à Juliano dictæ sunt ad finem , quod similiter ab ea aliquid fiat , & cum ea pariter cefset . Huiusmodi autem causæ principes , & continentis apud Galenum tres sunt . Facultas , à qua vfls , cuius gratia , instrumenta , per que pulsus fiant , & distenduntur ; quæ quidem , si quis animalm diligenter adhibeat , ex tradita pulsus definitione præclare colligi possunt .

Itaque de his hoc in loco sed quam brevissime fieri potest , agendum est ; Galenus primo de Causis pulsuum capite quarto singulas causas principes , & duas primas differentias videtur distribuisse hinc in modum . Facultas alia firma est , alia infirma . Vfls , quem iam supra dixi , nil aliud esse , quam ad natum caloris conseruationem , ac spiritus animalis nutritionem , vel auctus est , vel diminutus . Instrumenta , nimurum tunicae arteriarum , alia mollia , alia dura sunt , postea vero in singulis mediocritas contigit ; sed hæc mediocritas efficit naturales pulsus , qui inter duo extrema medium locum obtinent , sicut hæc ipsa extrema pulsus præter naturam generant . Cum igitur ex his causis pulsus suam ipsorum originem habent , sciendum est , non omnes eandem proflus originis ratione habere : namque alij ex una duntaxat , certaque causa , ac perpetuus generantur , adeo ut neque ea causa sine ea differentia , neque ea differentia sine ea causa esse possit : exempli gratia , quod est Galeni ex sola facultate robusta pulsus fortis , ex sola facultate imbecilli pulsus debilis perpetuo efficitur . Quos quidem pulsus necessario consequentes nonnulli satis apte mihi videntur proprios , & inseparabiles appellare . Alij vero vel ex una , vel ex duabus vel ex tribus causis originem habent , neque ut priores ad suas causas necessario conuertuntur . Exempli gratia , ex facultate robusta sunt pulsus magni , celeres , ex facultate imbecilla parui , tardi . Verum (quod non est perpetuo verum) cū huiusmodi pulsus ab aliis quoque principis causis generentur , quos quidem propterea latine familiares commode licet appellare , etiam nonnulli interpres , non sine turpi errore , eosdem proprios , & peculiares interpretantur . Cæterum huiusmodi pulsuum familiarium plures sunt differentiae , quatenus illi magis ,

magis, vel minus yini, vel alteri causæ principes familiares existunt: Exempli gratia, quæ exempla mihi libet frequenter proferre, quod ea res difficiles, & obscuras loquantur quæ maxime illustrare: Pulsus magni, celeres, & frequentes, ex uno cum primis acuto vsu familiariter sunt, quod cuique facile est intelligere. Etenim finge cæteras duas causas, facultatem, & instrumenta naturaliter se habere, nec quicquam fuisse immutatum, solum usum fuisse auctum, atque statim videbis pulsus maiores, celeriores, frequentiores fieri. Ac primo quidem maiores, deinde celeriores, postremo frequentiores, quandoquidem tres huiusmodi operationes sunt ita natura instituta, atque inter se iunctæ, ut altera alterius vicem suppletat. Namque si calor ita augatur in corpore, ut pulsus magnitudo non sufficiat, tunc celeritas accedit; ac demum, si neque celeritas fuerit satis, crebritas quoque adiungitur. Ad quem modum scribit Galenus in primo de Causis pulsuum cap. quinto, eos, qui insigniter situnt non modo multum, sed etiam crebro, & celeriter bibere consueuisse. Quod itidem in respiratione euenit, in qua si homo maiori indigeat refrigerio, aërem copiosum simul, & celeriter, & crebro solet attrahere. Quod autem de pulsus magnitudine, & celeritate dicendum est, idem quoque de cæteris differentiis dicendum est. Hæc de pulsibus, tum propriis, tum familiaribus, qui ex tribus principibus causis proueniunt, sint satis. Cuius quidem differentiæ summa, propter nouitios non grauabor duobus verbis repetere. Causa pulsus principes sunt tres, facultas, instrumentum, vsus. Pulsus ab illis orientes alij sunt proprij, alij familiares, pulsus proprij ab una certa, & determinata causa: perpetuo proueniunt, atque ad eam conuertuntur: Pulsus familiares nunc ab una, nunc à duabus, nunc à tribus causis, sed non certo, neque perpetuo generantur, neque ad eas conuertuntur. Pulsus familiares inter se differunt, quod vni, vel alteri principi causæ magis, vel minus familiariter succedunt. Exempla singularium causarum. Facultatis firmæ pulsus proprius, ac necessario consequens vehementis: pulsus familiaris, magnus, celer, rarus. Facultatis infirmæ pulsus proprius, ac necessario consequens imbecillus, pulsus familiares, parvus, tardus, creber. Usus autem auctus, siue immunitus nullum proprium, ac continentem necessario pulsum efficit, sed columnmodo familiares. Usus auctus magnum celerem, crebrum, immunitus rarum, tardum, parum. Instrumenta mollia pulsus proprius, & necessario consequentem efficiunt mollem. Pulsus familiares magnum, celerem, rarum. Instrumenta dura, pulsus proprius, & necessario consequentem efficiunt durum. Pulsus familiares, parvum, tardum, crebrum. Hæc tota doctrina est Galeni primo de Causis pulsuum usq; ad caput septimum. Iam vero, ut hanc partem de principibus causis persequamur Galeni exemplo, atq; imitatione id restat, ut videamus, qualesnam pulsus generantur, si huiusmodi causa non sint sola, & simplices, sed sibi ipsis inter se commixtae, & complicatae fuerint. De qua quidem causarum principum implicazione Galenus sermonem facit capite 8. & sequentibus libri primi de Causis pulsuum. Itaque principes pulsuum causæ inter se implicantur, aut omnes simul, aut duæ tantum, nimirum commixtae, vel facultate, & vsu, vel facultate, & instrumento; de quibus significatim breuissime dicendum est. Si igitur non solum usus, sed etiam facultas mutatur, ut ambo à naturali mediocritate recedant, tunc quatuor in uniuersum contingunt varia pulsuum differentiæ, in quarum singulis arteriæ moueri in hunc modum creditur. Namq; primo si facultas robusta fuerit, ususque auctus, si moderatus sit excessus, tunc pulsus sunt magni, celeres, crebri, vehementes.

tes. Si vero excessus maior fuerit, tunc pulsus sunt maximi, celerissimi, creberrimi: Propterea quod pulsus simpliciter magni, celeres, crebri, vehementes, tanti caloris necessarii non satisfaciunt. Si secundo facultas sit infirma, ususque immunitus, tunc pulsus gigantur parvi, tardi, rari, imbecilles. Quod si facultas ad summam infirmitatem deducatur, aut omnino prostrata sit, tunc plane pulsus erit minimus, intermittere, ac deficiet frequenter. Si tertio facultas fuerit infirma, usus vero auctus, si malum ab utraque causa vincatur, adeo ut ex una parte magnopere facultas sit imbecilla, ex altera calor sit insignis, & igneus, tunc sunt pulsus parvi, tardi, creberrimi, debiles. Si modica sit vox, tunc pulsus æque crebri magnitudine, & celeritate moderati, debiles efficiuntur.

Si postremo facultas robusta, ususque immunitus simul conueniat, tunc sequuntur pulsus magnitudine moderati, sed tardiores, ac bene rati / maxime autem ubi præpollat refrigeratio) ac demum robusti: quidem pulsus summa cum ratione tales eueniunt, quod moderata magnitudo ex duobus resulteret contrariis, id est, nimia magnitudine, quæ facultati robustæ, & paruitate, ususque immunitus usui sunt familiares. Sic sunt tardiores, quod tarditas usui immunito magis quam celeritas firmæ facultati familiares existunt. Sic manifesta, insignisque est raritas, quod ea immunito usui possit exacte satisfacere. Sic iam satis supra diximus, pulsus robustos à facultate robusta semper fieri consueuisse. Sed ad alteram implicationem venio, in qua facultas, & instrumentum simul conueniunt, & implicantur; De qua Galenus libro de causis pulsuum, capite decimo. Quando igitur hæc duæ principes causæ simul conueniunt, in huiusmodi implicatione, sicut in priore, quatuor efficiunt pulsuum differentias. Namque primo, si facultas fuerit firma, instrumentum molle, pulsus manifeste maiores, aliquando tardiores, ratioreisque sunt, quod tunc magnitudo usui sit satis, ut neque celeritatis, neque crebritatris vlla necessitas virgaeat.

Secundo si contra facultas fuerit infirma, instrumentum durum, pulsus parvi, tardi, crebri efficiuntur. Magis autem, vel minus, pro maiori, vel minori causarum virtutio.

Tertio si facultas sit firma, instrumentum durum, pulsus generantur parvi, & crebri, non item tardi, immo vero interim iusto celeriores. Et si autem facultas valida est, quæ magnos pulsus solet efficere, tamen duris redditis instrumentis, fieri non potest, ut illa materialiter diffendantur. Itaque parvi necessario pulsus evadunt. Sed hic quoque causarum noxam perpendere oportet. Namque si durities instrumentorum exigua fuerit, robusta facultatis maximum, iam pulsus non ita parvi redudentur. Immo etiam si usus id requirat, iusto celeriores sunt. Si quidem durities non adeo est incepta ad motus celeritatem, sicuti inepta est ad quantitatem in distinctionis. Quod si contra durities excedat, robusta facultatis paulo deficiat, pulsus generantur parvi, celeriores, crebriores. Quod si demum moderatus fuerit, & æqualis virtusque causa recessus à natura, altera alterius viam remittente, pulsus in omnibus genribus propinquum moderati evadunt, praterquam quod sunt duriores. Postremo si facultas imbecilla cum instrumento mollifuerit complicata, siue virtusque æqualis, simulque modica fuerit à natura declinatio, pulsus moderati, ac plane naturales producantur, præterquam quod molles fuerint. Si autem excessus virtusque sit valde immoderatus, pulsus parvi, tardi, crebri oriuntur, qui itidem parvi, tardi, crebri oriuntur, si facultatis imbecillitas malum præpollat.

At vero si instrumentorum molles sit superior, pulsus accedunt ad moderatos, quod

quod facultas, cum paulo sit debilior, quam natura institutum postulat, nihil impeditur, quin retineat congruam quantitatem distensionis, & qualitatem motus, sicuti impeditur, cum incurrit in duritatem instrumentorum. Si vero durities vincent, ut tunc distensio impeditur, pulsusque fiant crebriores, necesse est, propter ea quia parvitas distensionis vslui satis nequit. Sed ad tertiam implicationem progrediamur, quae ex instrumento, & vslu simul commixtis resultat; de qua Galenus primo de Causis pulsuum cap. 10. Itaque si haec duæ causæ, vslus & instrumentum à naturali suo statu mutantur, incolunt permanentie facultate, tunc quoque quatuor diversa pulsuum coniugationes sunt. Ac primo si vslus fuerit auctus, instrumentum molle, generantur pulsus magni, celeres, molles. Quod si excessus virtusque causæ fuerit magnus, fiant etiam crebri. Etenim dum magnitudo, & celeritas non possunt satisfacere vslui, & calori aucto, crebrites quoque accedit, que id supplet, ac praestat, quod magnitudo, & celeritas supplere, & praestare nequit. Secundo si vslus fuerit immensus, instrumentum durum, vincente duritatem instrumenti, pulsus fiant minores quod tardiores, & crebriores, propterea, quia instrumenta dura sunt minus accommodata ad magnitudinem, quam ad celeritatem. Vincente autem vslus diminutione, & refrigeratione, pulsus contra fiant tardiores, quam minores, & tardiores, quod certum sit deficiente calore, primo tarditatem, deinde paruitatem succedere. Tertio si vslus fuerit auctus, instrumentum fuit durum (quandoquidem iam lepe diximus aucto vslui, magnitudinem duritici, instrumenti paruitatem familiariter esse) ratione conuenit, vincente calore, pulsus magnus, vincente autem duritie pulsus parvum fieri.

Quod si vtraque causa præter modum excedat, cum pulsus nequeant fieri, tam magni, quam vslus auctus & caloris abundantia requirit, immo vero propter duritatem instrumenti sint iusto minores, vt propterea celerissimi quoque, & creberrimi illi fiant, necesse est, vt celeritas, & crebrites deficientis magnitudinis vicem suppleret possit. Postremo si vslus immensus frigiditasque, & molles concurrunt, cu' hic quoque magnus pulsus mollicius, parvus frigiditas sit familiaris, pulsus ad alteram caularum accedit, quæ magis à natura deflectat. Itaq; præpollente molilitate instrumenti, pulsus magni, præpollente frigiditate pulsus parvus generabitur. Quod si vtriusque æqualis fiat accessus, pulsus neque magni, neque parvus, sed inter vtrumque medij, & moderatior fiant. Si quidem quantum pulsus à molilitate in magnitude perduntur, tantummodo à frigiditate in paruitatem retrohunduntur. Namque ita uniuersitatem habendum est, pulsus non solum ex iis causis, sed etiam ex ceteris omnibus præter naturam fieri moderatos, cum ambae sibi ipsiæ aduerterentur, atque eos distractabunt in contraria partes, quantumcumque vim patem habuerint. In qua tamen re Galenus arguit vulgus medicorum, qui huiusmodi pulsus putant natura-liter esse comparatas, qui docet ex vna parte omnes quidem pulsus naturales inter vtrumque excessum medios, moderatosque esse, ex altera non omnes quicunque sunt moderati necessario esse naturales. Ad quem modum ille scriptum reliquit in 3; de Praefatio ex pulsibus cap. 3; si accidat quandoque, vt arteria contra, ac cor fuerint affectæ, adeo vt arteria sint frigidiores, cor vero calidius reddatur; tunc pulsus fieri non parvus, qualis congruens est frigiditat, non magnum, qualis conuenit calori, sed inter vtrumque medium, qui temperatus est. Atque haec enim de Causis principibus pulsuum, tum solis, & simplicibus, tum singulis duobus inter se commixtis, & complicatis. Itaque id restat, vt postremo implicationem omnipotenti

omnium trium causarum persequamur; de qua Galenus primo de causis pulsuum cap. 11. Hac quidem ratione oculo huiusmodi confurgunt caularum coniugationes, quæ quidem etiæ ex iis simplicioribus coniugationibus, de quibus haec enim diximus facile videntur posse colligi, tamen non grauabitur singulas summatim recensere, & explicare Prima igitur omnium principium causarum coniugatio est facultas infirma, vslus immensus, instrumenta dura. Pulsus tardi, & rari, non tamen necessario crebri, vel tardi. Sed iis contigit alterutrum, vel crebrites, vel raritas pro differentia instrumentorum, necnon pro quantitate offensionis singularum caufacunt. Nam si parua fuerit offensio facultatis, neque origines instrumentorum durities, pulsus in crebribitate variant. Si quidem certum omnibus esse dicit, non modo pulsus, sed omnes plane actiones nostri corporis fieri crebriores ex defectu, qui singulis accidit. Iam vero satis diximus defectum in praesencia vslu cum primis astimari. Quare si vslus fuerit remissus, parvaque laesa facultatis, nisi accedat præterea nimia instrumentorum durities, pulsus nihil variat in crebribitate. Contra autem si facultas magnopere sit laesa, vslus modice remissus, instrumenta beng dura evaserint, tunc aliter fieri non potest, quin pulsus fiant minores, quam vslus postulat. Ex quo imperfecta simul eorum fieri operatio, ac quanto fieri imperfectior, tanto etiam crebrior. Præterea vero, neque paruitas, tarditasque huiusmodi pulsuum perpetuo vna, atque eadem esse potest. Nam quatenus facultatis, vel vslus maior est offensio, etenim pulsus necessario est plus, vel minus paruitatem, & tarditatem transiens. Sed pro intelligentia huius prima, ac ceterarum omnium coniugationum minime est prætermittenda quedam Galeni regula digna maxima notatione. Illa vero est, ex vna parte ad gignendos pulsus, ad ultimam alterationem reductas causas, vel omnes, vel duas, vel vnam satis esse. Prostrata enim facultas sola æque minimum efficiet pulsum, ac si omnes causæ in idem conspirent, siquidem, etiæ plura vno valentius agunt, nihilominus, quod summe parvum est, nihil eo minus potest habere. Ex altera autem, non æque solam facultatem robustissimam posse maximum pulsum efficiere, ac si cum aliis causis fuerit coniuncta, quæ idem præstare possint. Propterea quia ad magnitudinem efficiendam omnes cause requiruntur, adeo vt, vel vna ex eis deficiente, fieri non possit. Quare in summa inbecillitate facultatis pulsus fient minimi, non item maxi in summo facultatis rigore, nisi simul auctus vslus, & instrumenta ad motus magnitudinem accommodate se habeant. Sed quæ restant persequamur. Secunda coniugatio est facultas infirma, vslus immensus, instrumenta mollia, pulsus parvus, tardi, rati. Quod si facultas magnopere, & plusquam reliqua due causa, laesa fuerit, adhuc parviores, crebriores, tardiores pulsus fient, vt in proximis coniugationibus diximus.

Tertia coniugatio est facultas infirma, vslus auctus, instrumenta dura. In qua Gal., inquit, primum ad crebribatem, deinde ad paruitatem, postea ad tarditatem pulsuum videbis vergere. Sed tamen ita, vt nec necessario, nec perpetuo, nec in unoquoque eorum, nec simul haec omnia concurrent. Si quidem vbi omnes causæ fuerint insigniter laesa, minimi, & creberrimi, & tardi pulsus fiant, partim ob duritatem excrementorum. Ex quo fit deinceps, vt idem sint creberrimi propterea quod vslus sit auctus atque ad huiusmodi crebribatem impellat. Immo vero etiam sine aucto vslu inbecillitas facultatis ac durities instrumentorum simul coiuncte pulsus minimos, creberrimosque possunt reddere; Quod si auctus quoq; vslus propterea accedat, ille qui

quidem ad hanc rem non parvum afferret momentum, nihil tamen pulsus cerebriores efficiet, cum etiam sine ipso sint frequentissimi.

At vero ex altera parte si læsio facultatis, & instrumentorum parva fuerit, v̄sus autem insigniter auctus, tunc fuit pulsus, nec minores, nec tardiores, quam conueniat. Immo interdum fuit manifeste celeriores, maiores autem si non aperte perspicui, certe pares fuit pulsibus moderatis. Quotiescumque enim v̄sus multum virget, tametsi facultas imbecillior, pulsus mouetur celeriter, ac pariter mouetur in magnitudine, nisi instrumenti durities esset impedimento.

Itaque celeritas magnitudine apertior evaudit, quod instrumenti ingredi quidem repugnet, celeritati autem nullum impedimentum afferat. Dicam item cum Galeno in huiusmodi coniugatione facienda perpetuo est comparatio inter quantitatem v̄sus, & actionem, quam per instrumentum facultatis perficit; Quantum enim actio est inferior v̄si, tantum pulsus vertit in crebritudinem. Contra vero pulsus tantum fuit minores, & tardiores, quantum facultas, vel instrumentum naturalem modum relinquunt. Quarta coniugatio est facultas summa, v̄sus auctus, instrumenta mollia, in qua similiter distinctione opus est. Namque si v̄sus multum augeatur, facultas autem, & instrumenta non multum à natura discedant, pulsus longe magis ad magnitudinem, quam ad celeritatem declinabunt. Si quidem in proxima superiori coniugatione durities instrumentorum magnitudinis, distensioni resistebat; In hac vero tantum abest, vt mollities resistat, vt etiam quam maxime, distensionem adjuvet. Quod si v̄sus, & facultas paulum à naturali statu declinet, instrumenta non multum ad distensionem deflectant, pulsus tum qualitate distensionis, tum qualitate motus, cum demum tempore quietis ad quatinus mediocritatem accedat. Itaque propter vñā mollitatem exceder statum naturale. Quod si v̄sus, & instrumenta non ita multum laborent, facultas autem si vniuersaliter male affecta, pulsus erunt bene parui, crebri, & modice tardi. De primis quatuor coniugationibus haec tenus. Iis porro due proximæ succedunt coniugationes, qua communè habent robur facultatis, utrumque pulsuum remissum, sed distant instrumenta. Itaque altera, in qua instrumentum est durum, facultas valida, v̄sus minor, pulsus plane minores procreat, non tamen necessario tardiores, nec cerebriores. Verum si v̄sus fuerit admodum remissus, instrumenta autem modice dura, pulsus non solum minores, sed etiam perspicue tardiores, rariorsque fient.

Altera autem, in qua instrumentum est molle, facultas valida, v̄sus minor, pulsus efficit non minorem naturali, quatenus deprehendi potest, nisi v̄sus fuerit insigniter immunitus. Omnino autem pulsus tanto rarius evader, quanto v̄sus fuerit remissior. Sic demum pulsus etiam tardius aperte quidem in vehementibus mutationibus, nam aperte in minoribus apparabit. Restant due postremo coniugationes, in quibus aucto v̄si, facultate valente, instrumenta nunc mollia, nunc dura sunt. Ac primo quidem si instrumenta mollia sint, pulsus prorsus magni, celerique, evadunt, cerebri non semper, sed solummodo, vbi v̄sus fuerit insigniter, atque immoderate auctus. Siquidem tunc nec magnitudo distensionis arteriarum, nec celeritas motus complendo v̄si potest satis esse. Vbi autem v̄sus paruum habeat excessum, tunc vel sola magnitudo aliunde v̄si satisfacit.

Quod si demum eum aucto v̄si, valente facultate, instrumenta sint dura, prava causarum mutatione, pulsus quoque varie mutantur. Namque si durities sit parua, v̄sus mutatio insignis, pulsus maiores, celeriores, cerebrioresque evident, quam

quam conueniat. Sin autem v̄traque huiusmodi causa æquo intervallo, sed tamen longo declinauerit à natura, adeo vt instrumenti durities, v̄susque auctio parua sit, pulsus magnitudine partis naturalis, ac moderati, sed celeriores, ac cerebriores fiant.

Quod si demum insignis v̄triusque causa offendit, vt instrumenta sint redita duriora, v̄sus nimis virgat, pulsus adhuc erunt celeriores moderatis, ac naturalibus, fed minores, & cerebriores. Atque hæc de causis pulsuum principiis, & continentibus, ac multiplici earum complicatione pro instituti nostri ratione sint satis. At si quis obiciat, ad integratatem huius partis multa adhuc supereft, quæ tum ab aliis, tum maxime à Galeno tradita sunt, ego id quidem libenter fateor, sed is memoria teneat, quod initio tractatus diximus, nobis fuisse propositum summatum in hoc argumento versari, neque omnia accurate, & exquisite explicare. Quo cōsisto, vt Galenus verbis vtamur 3.lib.de Causis pulsuum in principio, quæ dum prorsus relinquamus, quedā tantummodo indicavimus, atque attigimus: omnia tamen prætermisimus, quæcunque nouitius magnam obscuritatem affere possunt. Sed illud addo, forte nos ea femina iecisse, ac præcepta tradidisse, ex quibus, ut fallor, studio si quoque ac ingeniosi solido rem omnino doctrina institutione sibi possint comparare. Itaque de alteris causis quod nimis restat, quæ secundaria ac permutationis dicuntur, paucis verbis dicendum est. Galenus principio de Causis pulsuum generaliter docet, causas pulsuum esse triplices. Alteras præcipuas, ac principes, quæ continentis dicuntur, quod eorum generationem, & essentiam cōtineant, de quibus sat diximus. Alteras externas, quæcunque nimis extra corpus posse, quandoque in corpore alterant. Tertiæ præcedentes, sive antecedentes, quæ in corpore animalis consistunt, atque in eo variis morbos generant, souēt, & conservant. Hæc duo posteriora causarum genera, inquit Galenus, vt hanc pulsus in causa non sunt, sed sunt causa illorū mutationis. Namque exēpli gratia balneum frigidū, vel calidum, hyems, aestas, &c. quæ causæ sunt externæ alterandorum pulsuum, non generandorum causæ sunt. Sic humorum crassitudo, abundantia, lento, acri monia, &c. quæ causæ sunt præcedentes, pulsus afficer non valent, alterare valent. Itaque sic habendum est. Nullas causas, neque externas, neque internas primo, ac per se possit pulsum mutare, nisi prius alteratio continentis, ac principes causas attingat. Exemplo, quod est Galeni, res fieri manifestior. Si, inquit ille, ob occursum externi frigoris cutis densitas naturaliter habitus digestionem reprimat, repressus halitus coaceretur, ac tandem febrem accendat, propter quam v̄sus pulsuum mutetur, ex qua ipsi quoque pulsus mutantur. Hic occursum externi frigoris causa extera est, externa omnes v̄isque ad v̄sum pulsuum præcedentes.

Causa igitur externa intercedentibus causis præcedentibus, quia variat v̄sum pulsuum, quæ vna est ex causis continentibus, ipsos etiam pulsus immutat. Siquidem fieri non potest, vt mutata aliqua causa principe, & continente, illius effectus immutabilis maneat. Sed priusquam continentis causæ alteretur, pulsus nequeunt mutari. Quamobrem summa cum ratione præcipuae, principesque causæ dicuntur, certa autem omnes sunt harum gratia. Siquidem hæc sola ratione causa pulsuum dicuntur, propterea, quia externa illa alteratio ad causas continentis penetrauit, cum alioqui sua sponte, ac per se pulsus alterari nequaquam possint. Ceterum præter hæc duo causarum genera tradita à Galeno atque ab omnibus propemodum medicis recepta, Valerius Compendio suo de pulsibus ca. 5. nec non lib. 3. Controv. 9. ter-

rium quoddam causarum genus excogitauit, quod inquit ad motiones, seu perturbationes animi pertinere, & in medio duorum superiorum generum situm esse. Quandoquidem huiusmodi causa neque sunt continentis, neque intercedente mutatione causarum continentium, sed per se in pulsibus alterationem, ac mutationem efficiunt.

Quae sane cogitatio præterquam quod omnem Galeni disciplinam euerit, mihi quidem, ut videtur prorsus vana est, atque ab omni ratione aliena. Nam tam certum est, quam quod certissimum quantumvis homo timeat, irascatur, vel vniuersaliter animo laborer, pulsus nullo modo posse alterari, ac mutari, quin prius aliqua ex continentibus causis alteretur, & mutetur. Ex quo velim vos capere documentum, ut ne tam facile, & incon siderate, à Veterum disciplina discedere vellitis, sicuti multi hoc tempore faciunt. Etsi autem huiusmodi cause secundariae plurimæ sint, ac propemodum infinitæ, tamen à Galeno 3. de Causis pulsuum principio præclaræ ad tria summa capita referuntur, nimirum ad res naturales, non naturales, & præter naturam. Res naturales sunt sexus, Temperamenta, habitus corporis, ætates, &c. Non naturales tempora anni, cœli conditiones, regiones, alimenta, potionis, somni, vigilie, &c. de quibus utriusque sicuti diffuse, & ligillatim Galenus tractat lib. 3. de causis pulsuum. Res præter naturam sunt morbi, causæ morborū, symptomata, de quibus itidē Gal. prolixè loquitur lib. de Causis pulsuum, ex quibus id licet colligere Galenam hanc divisionem rerum naturalium, nō naturalium, ac præter naturam in præsentia vniuersaliter accepisse que communiter medici accipere solent, qui itidem totam Artem medicam in hos ipsos tres communes locos, & ordines distribuunt. Namque illi exempli gratia res naturales vocant, ex quibus humanum corpus constitutus, que quidem si ad causas pulsuum referantur, potius cause principes secundariae dicendæ sunt. Sed forte de Causis pulsuum nimis digressi ad postremum caput, de Præfigitione ex pulsibus veniamus.

C A P V T . I V .

De Præfigitione ex Pulsibus.

Si quis, inquit Galenus, principio libri de Præfigio ex pulsibus, velit ea probare intelligere, quæ ad præfigia pulsuum pertinent, ut is primum eorum dignitionem, differentias, & causas intelligat necesse est. Quod quidem rationi plane conuenit. Etenim gratia exempli, si dicamus pulsum magnum, & vehementem, quid vel præterit, vel præfens, vel futurum significare, quomodo istud poterit, intelligere, qui prius dignitionem, differentias, & causas magni, & vehementis pulsus non intelligat? Quoniam autem, ut idem inquit. Galenus, huiusmodi pulsuum disciplina, ac prouidentia est duplex; altera quæ generaliter vix, & potentiam pulsuum considerat, altera quæ speciatim pulsus singuliorum affectuum præter naturam perpendit, quod itidem remedii vix venit, quorum facultates examinantur, vel generaliter, vel particulariter, quatenus ad varios affectus sunt accommodatae, mihi liber in priori tantum ratione versari, quam eenseo meo instituto satisfacturam, cum altera non nisi longiore oratione possit explicari, atque à Galeno diffuse, & perspicue tradita: sit, ut superuacaneum videatur eam repetere, & transcribere, quæ licet cuique apud illum legisse, præterquam quod tractantes, quod publice facimus in præsentia morbos particulares,

res, neque hanc particularem pulsuum exercitationem in singulis morbis prætermittimus.

Cæterum in hac quoque parte explicanda sicuti in cæteris fecimus, nobis positum est Galeni methodum, atque ordinem imitari, & quæ ab illo prolixè explicata sunt, quam brevissime fieri potest in summam, & compendium referre. Itaque incipiamus à primis generibus pulsuum, quæ ut puto nos meminisse ex ipsa pulsus definitione collegimus, ac fuerunt pulsus velox, tardus, creber, rarus, magnus, parvus, &c. de quibus ad mentem Galeni ita habendum est. Atque ut de proprie prium agamus, ante omnia sciendum est, celerem pulsum dici dupliciter, uno modo in comparatione cum quilibet alio pulsu. Rursus vero pulsus quoque moderatum dici dupliciter, uno modo absolute, quem in optima natura conspicimus, altero de uno quoque homine, qui inculpata fruatur sanitatem. Itaque pulsus celer ex comparatione pulsus moderati absolute docet, quoniam sit hominis temperamentum. Si quidem pulsus celerior calidus, pulsus tardior frigidus temperamentum significat. Verum proprius accedentes ad rem memoria repetamus quod supra tractantes causas diximus, nimirum celerem pulsum, vel in augmentum vix, vel in robur facultatis, vel in mollitatem instrumenti referendum esse. Hac enim ratione facile est intelligere utrum celeritatem ab una, vel duabus, vel omnibus tribus huiusmodi causis liceat præfigire. Nam cum sola pulsus mutatione in celeritate, & tarditate, neque in lanis, neque in male affectis corporibus possit inneniri, ceteræ quoque mutationes, & alteraciones sunt animaduertenda. Quam ob rem pulsus celer, si à molilitate instrumenti ortum ducat, celer simul, & molllis evadit.

Si pulsus fiat celer à robore facultatis, sit simul celer, & vehemens. Si vero nec molllities, nec facultatis robur adsit, ut pulsus fiat celer propter unum auctum vixum necesse est. Quod si quis adhuc velit intelligere, quantus vixus auctus fuerit, id ex magnitudine, vel paruitate auctionis manifestum sit hunc in modum. Namque in magno vixus augmentatione sola pulsus magnitudo sufficit, in maiori autem aumento, magnitudo simul cum celeritate, in maxima magnitudo cum celeritate, & crebreitate coniungitur. Ita igitur ex celeri pulsu, vel vixus auctus, vel molllities instrumenti, vel robur facultatis potest præfigiri. Quod si deinceps non propter unam, sed propter duas, vel omnes tres causas continentis pulsus celer fiat, tunc singularum causarum propria indicia, & quæ cæteris plus ponderis habeant, perpendenda sunt. Finge propter auctum vixum, robustam facultatem, instrumentum molle, celerem pulsus suffisse redditum, molllitatem vel cæteris duabus causis superiori est, celeritatem quidem pulsus licet tribus causis tribuisse, sed tamen ita, ut existimandum sit in hac efficienda celeritate molllitatem instrumenti principem locum obtinere.

Id quod pariter de aucto vixu, & robusta facultate dicendum est. Porro quod de celeri pulsu diximus, idem quoque ex lege contrariorum de pulsu tardo dicendum est. Cum enim ille contra, vel ex facultate imbecilla, vel ex duro instrumento, vel ex diminuto vixu generetur, hoc pacto licet de singulis iudicium facere. Etenim si tarditas ex facultate imbecilla ortum habeat, pulsus non solum tardus, sed etiam languidus apparebit. Si propter instrumenti duritatem id fiat, pulsus non solum languidus, sed etiam durus evadet; si vero propter diminutum vixum id contingat, pulsus tantummodo tardus fuerit. Quantum autem vixus fuerit coniunctus ex magna, vel maiori, vel maxima illius diminutione, colligendum est ut de celeri

pulsu supra diximus. Secundo loco succedit pulsus crebritas, & raritas, quæ utraque apud Galenum 2. de prefagio ex pulsib. cap. 2. est duplex, quod in duplice pulsus quiete, de quibus iam satis supra diximus licet & crebritatem, & raritatem obseruare. Illud vero sciendum est, in crebitate, & raritate, quid commune, & quid proprium inesse. Commune quod ambo tam crebritas, quam raritas propter duas causas sunt breuiiores: altera quod prior arteria motio sit longius producta: altera quod posterior anticipet. Proprium quod utraque solet significare illud vero est, quod vel ex priore motu producta, vel ex posteriore anticipante, aut contra ex altero abbreviata, vel postponente, solet oriiri, sed referentes hanc quoque pulsuum differentiam in causas principes, dicamus cum Gal. celerem pulsum, vel vsum aetatum, vel facultatem imbecillam, vel instrumentum durum significare. Quomodo ratione vsum in corpore sano eiusmodi pulsus calidam temperiem, aut res naturales calefacientes, in corpore autem aegroti calidos morbos significat, sic pulsus creber facultatis imbecillæ indicium est. Cum enim in ea pulsus magni, & celeres fieri non possint, iure crebri efficiuntur. Sic instrumentum durum significat, quod durities ad distensionem, & magnitudinem sit inepta, ut supra diximus. Ex quo pulsus ad crebritatem declinat.

Pulsus autem rarus, vel vsum immunitum, vel facultatem robustam, vel molle instrumentum, & uno verbo contraria ratione omnia indicabit quæcumque de celeri pulsu dicta sunt. Ratio pariter discernendi, utrum huiusmodi pulsus ab una, vel altera, vel omnibus causis proueniant, eadem est, quæ paulo supra de veloci, & tardo pulsu explicauimus, ut superuacaneum sit idem repete. Tertio sequitur pulsus magnus, & parvus, de quibus Galenus scribit diffuse in primo de Præfagio ex pulsibus cap. 1. 2. 3. & 4. Illi vero nihil aliud possumus indicare, quam illud ex quo originem duxerunt. Itaque pulsus Magnus vel vsum augmentum, vel facultatis robur, vel instrumenti mollitiem. Contra pulsus parvus, vel vsum diminutionem, vel facultatis debilitationem, vel instrumenti duritatem significat. Sed hoc loco duo sunt notanda cum Galeno. Alterum pulsus magnos, & paruos, aut re vera tales esse, aut magnitudinis solum modo, & paruitatis speciem quandam referre. Quam quidem Graci *pars pulsu*, Latinis satis commode apparentem magnitudinem, & paruitatem interpretantur. Ex quibus licet in primis corporis crassitatem, & gracilitatem denotare. Quandoquidem in corpore gracili pulsus magni, & tardi magis apparent, in corpore autem crasso magis obscurantur, & delitescent. Ex quo factum est, ut Galenus tribus generibus causarum alterantium pulsus rerum naturalium, non naturalium, & præter naturalium, de quibus supra diximus, hoc quartum apparentem genus addiderit, primo de Præfagio ex pulsibus cap. primo, qui inquit, huic turbationi de præfagio proprium esse, cum ex eo quod talis, vel talis, quisque appareat pulsus, medici præfagiendi initium faciant. Sapientia autem euueniat, ut pulsus tales non apparent, quales re vera sunt. Itaque pulsus re vera magnus omnium maximus, vsum augmentum, atque illud quidem solum significat, si duntaxat magnus fuerit. Si enim simul magnus sit, & vehemens, vel magnus, & mollis, non solum auctionem vsum, sed etiam robur facultatis, & mollitiem instrumenti significat. Sicut si pulsus magnus, vehemens, & mollis fuerit, istud omnia simul, & vsum auctionem, & robur facultatis, & instrumenti mollitiem indicant. Alterum est notandum (eodem cap. 1.) magnum pulsus dici dupliciter; Vno modo in comparatione cum pulsu moderato, & naturali, altero, in comparatione

trione cuius pulsus, qui generaliter moderato maior, vel minor fuerit, ut supra de celeri pulsu dictum est: iam vero, quæ ex vtrisque pronuntiantur partim ad auctus pulsus communiter pertinent, partim vtrique sibi propria. Communiter quidem pulsus magnus vsum incrementum significat; speciatim vero pulsus magnus, in comparatione cum pulsu maiore, vel minore, qui sit pulsus moderatus non solum magnitudine, sed etiam celeritatem, interdum etiam crebritate excedit. Neque vero difficile est huiusmodi pulsuum differentiam, & præfigitiones intelligere. Namque pulsus in comparatione cum moderato magnum, ex paruo vsum auguento originem habet. Quare nil opus est huic magnitudini celeritatem, ac multo minus crebritatem accedere. Magnus autem pulsus in comparatione cum pulsu maiore qui sit pulsus moderatus, ex immenso vsum auguento talis redditur. Quare non solum magnitudine, sed etiam celeritate excedit, quandoque etiam crebritate, quando scilicet nec celeritas tanto augmentatione potest satis esse; sic pulsus magnus in comparatione cum pulsu maiore, qui sit pulsus moderatus ex minore vsum augmentatione gignatur. Quare huic magnitudini nec celeritas, nec crebritas, immo vero quandoque tarditas, & raritas solet accedere. Iam vero si velutinus explicare quidnam ex magno licet præsigere in corporibus simpliciter sanis, mox in iis, quibus adscititus aliquis motus adiunctus est, poltea in corporibus, quæ aegrotabant, postremo in iis, quibus alteratio quedam externa adebat, necesse foret, nos præter nostrum institutum esse longiores. Itaque de magno pulsu hæc nobis sint satis. cum præsertim Galenus loco proxime citato cap. 1. lib. 1. de præfigio ex pulsu hac omnia traxerit luculentissime, apud quem licet cuique intelligere quæcumque studiō breuitatis a nobis prætermittuntur. De pulsu paruo non est ut longius agamus. Videatis primum de Præfagio ex pulsu cap. 2. siquidem quæcumque de pulsu magno diximus, contraria ratione eadem de pulsu paruo dici possunt.

Itaque pulsus quoque parvus bifariatu dicitur, vel in comparatione cum pulsu moderato, vel in comparatione cum quolibet pulsu, qui in vniuersum moderato maior, vel minor fuerit. Omnes autem huiusmodi pulsus parui generaliter vsum diminutionem significant. Præterea nihil si modo simul, neque imbecilli, neque duris existunt: speciatim autem pulsus parui in comparatione, vel cum pulsu moderato, vel cum pulsu minore, quando sit moderatus, necessario tum raritatem, tum tarditatem adiunctam habent. Namque ita comparatum est, quotiescumque homines suum naturaliter statum retinunt, ut arteriæ pariter moderate distendantur, ac moderatas pulsationem efficiant.

Contra vero si homines a suo naturali statu recesserint, ut fiant calidores, vel frigidiores, quam eorum naturæ conueniat, ut pulsus quoque gignantur immoderati, quod tamen diversa ratione fieri contingit; namque ex nimio calore pulsus primo quidem magni, deinde celeres, postremo crebri redduntur. Contra ex nimio frigore, primum quidem rari, deinde tardi, postremo parui efficiuntur. Pulsus autem parui in comparatione cum pulsu maiore, quando sit moderatus, vel nihil variant celeritate, & crebritate, vel aequæ eorum magnitudo, celeritas, & crebritas auferuntur. Etiam si pulsus fuerit paulo maior pulsu moderato, adeo ut sola excedat magnitudine, & paruum in hunc vsum augmento, si hoc cesset, vtrique sola magnitudo afferatur. Sin agetur pulsus fuerit multo maior, adeo ut non solum magnitudine, sed etiam celeritate, atque interdum etiam crebritate excedat, quatenus contingit vsum vel magis, vel minus augeri, iam non sola magnitudo, sed etiam celeritas, &

quandoque etiam cœrbitas auferuntur. Cæterum præter hæc sunt aliæ multæ differentiæ pulsus magni, & parui, quæ ex variis arteriæ distensionibus, longitudine, altitudine, latitudine colliguntur, ex quibus licet plura præfigere: quas omnes persequi & longum, & forte superuacaneum foret, de quibus videatis Galenum primo de præfig. ex pulsibus capite tertio, & quarto.

Postrimo ex quinque primis generibus pulsuum duo restant genera, pulsus nimirus mollis, & datus, nec non vehementes, & debilis, de quibus mihi liber simul, & paucis verbis sermonem habere, quod sicuti superiora tria genera magnas continent difficultates, vt vidistis, cum propter alias, tum maxime propter eam causam, quod à tribus diuersis causis possunt oriri. Ita hæc duo posteriora nullam fere continent difficultatem, cum à propriis, & certis quibusdam causis originem habeant, atque ex consecutione faciliores omnino præfigentes afferant. Pulsus vehementes, inquit Galenus in primo de Præfig. ex pulsibus cap. 7. à facultatis robore semper fit, & quo ille vehementior fuerit, eo maius robur facultatis significat. Sic pulsus debilis ex facultatis imbecillitate gignitur, & quo ille debilior fuerit, eo facultatem quoque imbecilliores esse demonstrat. Non aliter pulsus durus à dura tunica arteria mollis à molli efficitur.

Præterea quantitas pulsus duritie, & molitie quantitatem molitiei, & duritiei arteriarum declarat. Verum de huiusmodi pulsibus, molli, & duro, vehementi, & debili nos monet Galenus, pulsus quosdam inter utrosque medios reperi, sed non eadem ratione. Namque inter pulsum mollem, & durum medium est, qui utriusque mollis, ac duri est particeps, qui propterea moderatus, & naturalis dicitur.

At vero inter pulsum vehementem, & debilem nullus pulsus hac ratione medium est, quod utriusque roboris, ac imbecillitatis sit particeps, propterea sicut à Galeno traditum est, & est certum pulsus debilem ex facultate imbecilla, & à natura deficiente, vehementem autem ex firma, ac bene valente facultate originem habere. Sed alter contingit istud fieri, modusque dignoscendi huiusmodi medium pulsum, totus ex ipso tactu penderit. Si quando enim tactus patitur, exertitur à pulsu, hunc pulsus vehementem vocamus. Contra vero si pulsus patitur, atque exertitur à tactu, hunc debilem pulsum dicimus, si autem neutrā accidat, vt neque tactus exertatur à pulsu, neque pulsus à tactu supereretur, hunc pulsus dicimus inter vehementem, ac debilem medium locum fortitum esse. Quod si quis demum id, quoque cupit intelligere, quænam causæ facultatem, vel robustam, vel debilem, efficiant, nec non quæ arteriam molliorem, vel duritatem reddant, huic satisfacit Galenus primo de Præfig. ex pulsibus postremis capitibus, & non, qui priuimus docet, causas præcedentes, quæ robur facultatis augent, esse duplices, nonnullas, quæ in ipso sunt corpore, nonnullas, quæ extrinsècus adueniunt. Priora interna sunt, gratia exempli, humores quidam semicocti, & crudi, quicunque concouuntur, naturæ impetu ad Crisim, ita, & similia. Postiores externæ sunt, vt vinum, alimenta, moderate exercitationes, nec non quæcumque intemperiem cordis, arteriarum, & corporis corrigit, sive alimenta, sive potionis, sive medicamenta fuient. Contra vero facultatem dissoluunt, inedia, vigilie, sollicitudines, mœciores, intemperie vacuationes per alium, vel per virinas, vel vomitum, vel per vterum, vel profluvium sanguinis, vehementes dolores, vel singulares, vt quæ medici stomachicum affectum vocant, quæ syncopem solent inducere. Quibus pariter licet adiun-

adiungente omnia quæcumque cordis, vel arteriatum intemperiem efficiunt, sive illæ in corpore coniuncteantur, vt sunt succi, & partes solidæ, sive foris adueniant, quippe hæc omnia robur facultatis dissoluunt, immodece humectando, desiccando, calefaciendo, refrigerando, digerendo. Cæterum, causæ præcedentes, & externe, quæ pulsuum duritorem efficiunt, sæpe explicantur à Galeno sed loco notabili primo de differentiis Februm, cap. 7. ad finem, qui in summa ita statuit, pulsus fieri duros propter tres causas, aut congelationem, aut tensionem, aut siccitatem. Congelationem ex insigni frigiditate ortum habere. Tensionem fieri ex inflammacionibus, & tumoribus duris, & nervorum dispositionibus, quæ inflammationibus respondent. Siccitatem oriri ex iis omnibus, quæcumque solidas animalis partes universaliter exsecant, qualia sunt diuturna vacuationes, quæ vel ex ventris profluvio, vel intestinorum leuitate, vel dyfenteria, vel diuturnis vomitionibus, vel tali aliqua alia causa proueniunt. Præterea famæ lœgi temporis, Febres ardentes diuturnæ, Febes Hæsticas, & cætera omnia, quæ habent eandem rationem. Ex quibus quidem tribus causis congelatione, tensione, siccitate, idem Galenus docet, non solum pulsus, sed etiam in viuieram omnem duritatem proueniare in quinto de simplicibus med. 4. Altera autem parte mollem arteriam reddunt alimenta humida, balnea frequentiora, somni multi, ac diuturni, vita ratio mollior, & voluptuosa, quæ naturæ terminos non egrediuntur. Præter natum vero molititem afferunt contra, lethargus, aqua inter cœrum, & si quæ alia sunt, quæ tunicas arteriarum imbuant longa humiditate, ac præfertim pituitosa, de quibus Galenus copiose verba facit toto 4. libro de præfigis ex pulsibus. Atque hæc de præfigio ex quinque primis generibus pulsuum pre instituti ratione in præsentia sint satis.

Excitationis pulsuum modus.

Absoluta tractatione de pulsibus statui demum paucis verbis quædam colligeare, & verbis explicare, quo deinceps possitis in tangendis, & dignoscendis pulsibus ipsi vos exercere, & ad vnum reuocare, quæcumque hactenus à nobis tradita sunt. Siquidem certissimum est, sine huiusmodi exercitatione ex sola librorum, aut præceptorum institutione, neminem posse hanc non minus præclaram, quam difficultem disciplinam sibi comparare. In qua quidem exercitatione non paucos dies, menses, & annos, sed toto vite oportet vos diligenter versari, si modo velitis in veros, & præclaros medicos euadere. Nam si figuli, & pictores (quæ sunt Galeni exempla principio libri de dignoscendis pulsibus) tametsi artis materiam in promptu habeant, plurimos annos laborant, vt accurate artem suam calleat, quantum temporis, & laboris medicum impendere necesse est cui non sicuti figulo sola figura, aut sicut pictori soli colores, sed uno tempore tot arteriæ affectus attendendi, & obseruandi sunt, quotidie sunt expositi sed est, vt vnuquisque se ipsum consolerur exemplo Galeni, qui etiæ quam primum ceperit medicis operam dare, sine intermissione huic arti de pulsibus omne studium adhibuit, ramen testatur se non nisi post plurimos, summoque labores ac senem, exactam, atque abolitam pulsuum cognitionem consequi potuisse; qui propterea concludit se libros suos de pulsibus non illis scripsiisse, qui stolido sunt ingenio, vel immensa diuitiarum, & voluptatum futuropitantur, sed ingeniosis, & studio sis, qui non aliud, quam veritatis cognitionem, ac veram sapientiam appetunt, & inquirunt.

Cæterum, et si pluribus sensibus pulsuum notitia potest haberi; siquidem ut refert Galenus ex Archigene primo de dignoscendis pulsibus capit. 2. nemo est, qui in corporibus gracilibus, & partibus minime carnosis non possit apertissime oculis videre arterias moueri, distendi, & contrahi. nihilominus proprias plurimas euidentissimas rationes tam certum, quam certissimum esse debet, totam huiusmodi cognitionem vni potissimum sensui tactus tribuendam esse. Quam ob tem prætermissa visione, de iis tantummodo nostrum propositum est apud vos sermonem habere, quæ maiore notatione, & obseruatione digna videntur, quo possitis cum ratione in pulsuum tactu versari. Hanc porro totam tractationem, commode mihi videor in duas partes posse distribuere, alteram, quæ ad arterias tangendas, alteram, quæ ad medicum tangentem pertinet.

Ac primo quidem sciendum est, motum arteriarum minime aequaliter in omnibus corporis partibus, sed in iis, qua carne priuata sunt, manifestius; in carnis autem obscurius persentiri. Quare, prætermisis prioribus, ut quæ nullum vsum possent afferre, inter eas, qua facilius, & clarus tangi, atque obseruari possunt, primo loco numerantur arteriae temporum, ac pedum secundum plantas, & manuum in carpo, quæ omnes illustres plane motus habent.

Secundo autem loco sunt arteria capitis post aures, & quæ internam brachij regionem occupant, quæ quidem eti minus quam priores, tamen non obscure pulsant. At vero inter omnes arterias humani corporis ita habendum est, eas, quæ in carpo manuum sita sunt principem certe locum obtinere: adeo ut nulla alia arteria, nulla in parte, neque propria, neque honestius, neque commodius tangi a medico possit. Siquidem huiusmodi arteria primum nobis sese offerunt apertissime, quod locus omni propemodum carne vacat.

Deinde honestati conuenient, quod earum gratia nullam corporis partem detegere necesse sit. Postremo insignem præ cæteris commoditatem, & utilitatem afferunt, quod illa in rectum ducunt, minime oblique, id quod non parum ad exactam pulsuum notitiam conferri. Etenim si arteria obliquæ fuerint, hac ipsa ratione, quod inæqualem sedem obtineant, pulsum quoque inæqualem reddere possunt. Hæc à Galeno tradita sunt principio libri de Pulsib. ad Tyrone. Itaque arteria in carpo maxime omnium medico tangende sunt. Quod si æger vobis sese offerat, cui vel deficiente, vel aliter laborante manu, vel quod ita comparatum sit, ut hoc loco nullus arteriarum pulsus sentiatur, (quod nonnunquam contingit) vel in temporibus, vel post aures: vel quæ in primis videtur Galeni sententia tertio de administrationibus Anatomicis capit. ultimo in tarso vobis licebit arteriam tangere; sic enim ille scribit: *Caro his nusquam in cruce pulsus appetet, nisi in tarso direcete ac secundum digitum post maximum. Tangimus itaque subinde arteriam inibi sitam, cum eam, qua brachiali subest, attingere non possumus.* Quatenus autem ad alterum caput, nempe ad medium pertinet, primum, ut illius manus sit temperata, mollis, minime dura, & collosa, uno verbo, ut eximio, atque optimo sensu predita sit, necesse est. Deinde tribus summis digitis arteria attingenda & contrectanda est, non quidem extrema digitorum parte, quæ vnguis proxima est, sed ipsa postrema digitorum pulpa, cui quidem parti inter cæteras omnes humani corporis partes sensus exquisitus à natura tributus est.

Præterea manus ægroti nec sublata, nec depressa, nec prona in volam, nec resupina, sed omni motu voluntario libera sit, & soluta, atque naturalem suam retineat,

qui quidem talis est, ut digiti manus, neque in virtutinibus contrahantur, neque in palmatis nimis distendantur, sed modice maneat inflexi, & quod sit credemus homines sanos dormientes maxum, & digitos continxere. Cæterum appositiones, vel applicationes manus medicæ ad tangendos pulsus quæ *in loco de xvi, de xvi, de xvi* vocant, sunt in triplici differentia; primo de dignoscendis pulsibus capit. 7. Comprimens, suspensa, media. Applicationis manus comprimens quam nonnulli violentam nominant, sit, cum digitis nostris arteria premitur. Suspensa ea dicuntur cum superficiem tantum arterie veluti suspensis digitis, ac leviter tangimus, nihil deprimitur. Media vero en est, quæ quoquomo arteriam deprimit, sed non ita valide, ut in prima fieri diximus. Quæ quidem tres differentia, ac varia rationes tangendi arteriam in tota hac disciplina de pulsibus, variis, & utilissimos præstant viis, de quibus nos quidem supra nonnulla diximus, sed multo plura à Galeno tradita sunt, de quibus non licet in præsencia longius agere. Postremo autem loco mihi liber id repetere, quod principio diximus, neminem posse exactam pulsuum cognitionem consequi, nisi diligenter, ac longissimo tempore in eorum conrectatione, atque obseruatione se exercet. Qua quidem excitatione vicinum est tangendis arteriis non solum ægrotorum hominum, sed etiam sanorum, quæ ut diximus, tanquam norma, & regula ad cognoscendos pulsus præter naturam constituta sunt. Quandoquidem si

ex una parte memoria teneatis quæcunque de hoc argumento nobis summarum à Galeno diffusa tradita sunt, ex altera si vos ipsos commode ve-
ritis exercere, nihil dubito, quin scienti Galenus de se ipso
testatur, vos quoque tandem ytrorum laborum
amplissimum fructum sitis per-
cepturi.

TRACTATVS III. FINIS.

K S A L E

ALEXANDRI MASSARIÆ VI- CENTINI.

Medicinae Professoris Excellentissimi,

DE V R I N I S T R A C T AT V S . IV.

NITER omnes Medicinae Tractatus, eum, qui de Vrina agit, esse nobilissimum, & præstantissimum, vel ex eo colligere licet; quod nemo proponendum sit vel ex veteribus, vel ex recentioribus Medicis, qui non voluerint in hoc arguimento versari. Propositum autem meum est confidere huiusmodi tractationem non accurate, & integre, quia non nisi lôgissimo tempore fieri posset, sed summatim, & quâ breuissime, qui in tanto Auctori numero id saltem contendam, ut ipsa res tractata quâtuim per me fieri potest, facilior, clarior, atque illustrior reddatur; & vos accedentes ad proxim, possitis quâdam vrinarum cognitione habere, atque ad medicos vsus, de quibus posterius sermonē habebimus, accommodare, donec prouectiores in arte facti, possitis demum vestro Marte omnia exactius intelligere. Itaque non longe recedētes ab ea methodo, quam publice explicandis singulis morbis consuevimus obseruare, hanc totam tractationem diuidamus in quatuor partes, in quarum prima de generatione, & essentia vrinae, in secunda de illius differentiis, in tertia de Causis singularium differentiarum, in postrema de predictionibus sermonem habebimus.

C A P V T . I.

De Generatione, & Essentia Vrini.

AT quantum attinet ad primam, etsi de natura, & generatione vrina varia sint Medicorum opinione, ramen videntur omnes in eo conuenire, vrinam inter excrementa reponendam esse; Id quod eo potissimum argumento fit manifestum, quod tanquam res inutilis, & inepta ad nutritionem ex nostro corpore quotidie, & frequenter excernatur. At vero cuiusnam partis, & coctionis sit excrementum, non itidem constat inter omnes. Quam rem ut iuniores facilius, & melius intelligent, mihi liceat nonnulla paulo altius repetere. Cum hominibus propter in natum eorum calorem quedam substantię portio assidue, & quotidie effluat, ad eorum sustentationem necessaria fuit natura huiusmodi iacturam reparare, quod alia nulla ratione fieri potuit, quam opera cibi, & potionis, ut eleganter scribit Galenus lib. de tuenda valetudine in primo. Cæterum, quod singulis particulis nostri corporis defluit, tale natura est qualis ipsa est particula, nihil autem eorum, quæ comeduntur, & quæ bibuntur illi prorsus est simile, hinc necessarium fuit natura singula alimenta, &

D E V R I N I S T R A C T AT . Q V A R T V S . 153
 ca, & potiones, alterare, mutare, & quam maxime fieri potest corpori nutriendo, & restituendo similia reddere. Huiusmodi autem cibi, & potus alteratio, & commutatio, quam variam, & multiplicem esse oportuit, à medicis concoctio dicitur, ita definita Galeno 3, de na. fac. c. 4. & 7. concoctionem esse alterationem alteratorum in propriam, & conuenientem qualitatem eius quod nutritur. Sed quia neque id fieri potuit, ut alimenta, & potionis omni ex parte coquenter, & corpori assimilarentur, hinc necessario excrementorum generatio secura est, quæ quidem excrementa, tanquam inutilia, & superuacanca, ne crearent in corpore aliquam molestiā, vel periculum adferant, natura quædam instrumenta instituit, illisque facultates quædam inseruit, quibus inicitata, quædam ad se traherent, quædam aliis transmitterent, & quædam demum expellerent. Res autem ita se habet. Alimenta postquam in ventriculum ingesta sunt, à proprio illius calore alterantur, & mutantur in quædam substanciali liquidam, & candidam, cremori prisana hordeacea quodammodo similem, quam Graci *xvi* appellant, quæ prima est concoctio. Facta hac alteratione, ventriculus congruam huius succi partem retinet, sibi ipsi apponit, & assimilat, atque eo vere nutritur, ut apertissime docet Galenus 3, de nat. fac. c. 7. & 13. Etsi nonnulli aliter sentiant, quos in praesentia nil moror. Reliquam tanquam onus inutilis, ac nullius vsus sibi futuram ad intestina deponit. In quo quidem loco cum omnia adhuc sint confusa, pars inutilis, & quæ nullam concoctionem potest recipere, discernitur, & segregatur, quæ sunt in primis crassiora excrementa, quæ quotidie per alium deficiuntur. Altera autem pars virilis per quædam venulas, quæ meseraica dicuntur, ad ipsum iecur deferuntur, in quo tanquam propria sede facultatis naturalis illa postremum quædam ornatum ad formam sanguinis sequitur, quæ secunda concoctio dicitur. Hic porro sanguis in iecore elaboratus, ad globos illius partes ascendit, ac per venam longe maximam, quam *Catam vocans*, veluti per quædam aqueductum in dextrum, ac finistrum cordis ventriculum defertur. Ac postremo per venas proponendum infinitas ad singulas corporis partes distribuitur, & quod in ipso singulis partibus familiare, & accommodatum est, illud sibi attrahunt, assimilant, apponunt, quæ tercia concoctio dicitur. Quoniam vero, nec alimenta in ventriculo, nec chilus in iecore neque sanguis in singulis partibus ita possunt à natura concoqui, & superari, quin aliquæ temper remaneant, quæ ad huiusmodi coctionem inepta sunt; hinc fit, ut singula coctiones variis non careant excrementis, de quibus quidem, atque instrumentis ad illa accommodatis si quis plura cupit intelligere, is videat Galenum in omnibus libris de fac. nat. 1. de tuen. val. cap. 1. 2. 4. de vnu partium à primo cap. vñque ad sept. & toto lib. 5. in quibus tractantur accuratissime quæcumque ad omnem coctionem, & ad omnia corporis excrementa pertinent. Quo loco obiter. Actuarius notandus est inconstantia, & erroris, qui lib. de different. Vrin. capit. 5. docet quatuor esse generales concoctiones; prima in ventriculo, secunda in venis meseraicis, & iecoris parte caua; tercia in gibba parte hepatis, & venis quæ hinc proficiuntur; quarta in postremis corporis partibus. In primo autem lib. de causis Vrinarum cap. 2. tres tantum commemorat, prima ventriculi, secunda in causis hepatis partibus, tercias, quæ in venarum genere perficitur, in qua re ille recedit à doctrina Galeni, qui apertissime tres tantum coctiones agnoscit, si quidem certum est, quam præterea Actuarius excoxit aut coctionem venarum, ad communem iecoris coctionem plane referendam esse. Cum igitur apud Galenum tres tantummodo generales coctiones

nes sunt, atque in singulis varia generentur excrementa; vrina à consensu omnium quoddam in nostri corporis excrementum, dubium est, quomodo illud fiat, & cuiusnam cōditionis excrementum statuerit sit. Montanus Veronensis lib. de vriniis cap. 1. censuit vrinam renum excrementum esse; qui scribit rehes subtiliorem partem sanguinis, quam succositatem vocat attrahere, concoquere, ac demum, quod superest ad vesicam depонere. In qua eadem opinione Galenus 2. de nat. fac. cap. 17.5. de vnu partim, scribit fuisse Lycum Macedonem veterem medicum.

Quia quidem opinio est perspicue falsa, & refutata, immo irridetur à Galeno. Etsi vero id verisimile est, omnes particulas nostri corporis, quæ nutritunt, aliquod excrementum creare, tamen solos renes, corpora tamen exigua tantam excrementi copiam habere, nec confusum est, nec rationi consentaneum. Quod quidem Gal. explicat exemplo pulmonum; atque aliorum maiorum viscerum, quæ longe minorem excrementi copiam gerunt, alisque eundem rationibus ita apte confirmat, ut superuacuum sit ea longius referre. Mercurialis lib. 1. cap. 2. de excrementis, docet vrinam nihil aliud esse, quam materiali potulentam, quæ in tectore aut yasis à calore naturali aut praternaturali alteratur, à renibus attrahitur, demumque in vesicam reponitur. Quam sententiam iis propemodum rationibus confirmare, quod animalia quacunque vel nihil vel parum bibant cateant vesica. Secundo quod animalia, quæ multum bibunt, multam quoque vrinam reddant. Tertio, quod ex praecipuis medicorum; quantitas vrinæ portioni affluit debet respondere. Quarto quod in suppressione vrinæ Medici pótum interdicunt, idque ne vrinæ quantitas augatur. Quinto, quod aquæ thermales tales mingantur, quales affluituntur, quod argumento esse potest, huiusmodi pótum in iecore, & renis nullam mutationem suscipere. Sexto quibusdem nonnullas autoritates attingit Hippocrat. Gal. Platonis: in quibus referendis nolo tempus peidere, cum licet omni apud ipsum videre. Ceterum quia mihi non est proposi-tum multis alliorum hac de re opiniones referre, & consultare, illud vnum dico, rationes, & autoritates: Mercurialis id plane demonstrare, vrinam magis ex parte ex materia potuente suppeditari, et vero, et sentio, non scidem concidere ex sola, arque vnicâ materia potuente vrinam constare. Natiq[ue] feceris in utero nihil potat, mingit tamen per vrachum. 2. nonnulla animalia nihil bibunt, nihilominus mingunt, ut caniculi. 3. Sic homines multo copiosius intingunt hyeme, quam aestate, eum tamen tunc minus soleant potare. 4. Celebre, ac certum est iam circiter annos 30. in hac Academia fuisse Tullium Chitogonium Dalmatam, Iuris studiosum, qui nihil profligat bibebat, neque viui neque aquæ, neque alienus rei humidioris, nihilominus mingebat, & satis copiose. Sic alter ex parte multa sunt animalia, exempli gratia aues, quæ bibunt & nimbuntur.

Quānobrem hac in re ego sentio ita habendum esse, vrinam non solum ex materia potuente, sed etiam in vrinaceum ex vnu materia fieri quæconque potest liquefcere, atque vring formam recipere. Ha' vero multiplex esse potest. Ac primo serum quatuor humorum, qui continentur in venis, adde ut Galenus dixerit quarto aphor. 2. vrinas purgare totius corporis serosam humiditatem. Immo vero 3. efficit, et ergo 2. definierit de sententia Hippocratis nihil aliud esse, quam serum humorum in venis contenitorum. Secundo, sunt singuli humores, quos medici docent, & exempla confirmant, & separant, & coniunctim per vrinas purgari sapenumero. Postremo est caro adeps, & si quæ sunt aliae nostri corporis partes, quæ possunt liquari,

liquari, & in vrinam conuerti. Vnde sunt vrinæ melancholicæ, pituit. biliosæ, sanguineæ, oleosæ, pingues, purulentæ, ut posterius videbitis, pro varia materia, quæ illis permiscetur, & per hanc viam purgatur.

Cum igitur vrina ex varia, & multiplici constet materia, id restat, ut paucis verbis intelligatis illius generationē, quæ apud Hippocrat. & Gal. est eiusmodi. Nam quod accinet ad potionem, ex qua certum est maiori ex parte fieri vrinam, cum si-cuti eleganter scribit Galenus 4. de vnu part. cap. 5. vel difficile, vel nulla ratione fieri potuisset, ut chylus ex alimento in ventriculo factus commode deduceretur, & penetraret ad venas iecoris, quæ, & copiosa humiditas, tanquam vehiculū illi fuisse permixta. Potio hunc tam præclarum, & necessarium vsum præstat, ut propter ea Hip. postremis verbis libri de alimentis huiusmodi humidum vocaderit *ocaria tropis*, id est vehiculum nutrimenti, qui ita simul cum appellatione vnum quoque illius voluit ostendere. At vero postquam hæc humiditas, & aquæ materia suo officio perfundita est, ut chylus ad iecur, & vñque ad venæ cauam penetraverit, nec præterea alium vsum possit præstare, tāquam onus inutile venis futura, non debuit amplius manere in corpore, quandoquidem chylus in iecore elaboratus beneficio vesiculos fellis, ac liciens duplice expurgatus, atque in vena caua formam sanguinis consecutus non amplius huiusmodi vehiculo indiget, partim quod per ampliores vias deinceps deducendus sit, partim quod à calore primo iecoris, deinde cordis, qui malo est vehementior, magis fluxilis natura sit redditus.

Quānobrem renes à natura sunt instituti vtrique ipsi yena cauæ adiacentes, quæ quidem per quoddam venas, quas emulgentes vocant, illud aqueum, & serofum excrementum attrahent, ac demum per alia yafa, quæ vreteres dicuntur, in vesicam vrinariam deponerent. Quatenus autem ad reliquæ vrinæ materias pertinet, de quibus paulo ante diximus, equidem puto ex iis quoque vrinam fieri, & augeri, quotiescumque, vel vna, vel altera, vel omnes possunt in corpore liquefcere, & serofam naturam acquirere, quæ deinceps eadem retione à renibus attrahuntur, & in vesicam deiciuntur. Atque hæc de materia, & generatione vrinæ pro insituto nostro nobis in præsentiā sunt satis.

CAPUT II.

De Differentijs Vrinarum.

HÆ cum propemodum infinita soleant à variis Autoribus adferri, nobis statutum est nonnullas tantum colligere, quæ videntur maioris momenti, ad magis ad institutum nostrum accommodata. Cum igitur differentiae rerum maxime proprie à substantia rei diuisæ accipiuntur, alia vero ab accidenti aliquo, quam methodum Autore passim, & inter ceteros Hippocrat. & Gal. diligenter fecuti sunt, colligendis differentiis febrium, & rerum omnium, quæ ad vsum artis Medicæ pertinent, mihi liber hac ipsa methodo vrinarum differentias inquire. Itaque circa eas differentias potissimum versabimur hoc tempore, quæ primo ex substantia, deinde ex accidentibus possunt haberi.

Et quoniam differentiae sumptu ab accidentibus sunt propemodum innumerabiles, quatenus nonnulla sunt substantia proximiota, & magis propria, nonnulla vero magis remota, atque extanca, nos paucis quibusdani volumus esse contenti, quæ ex accidentibus substantia proximiotoribus, & magis propriis accipiuntur, & omni-

omnino vtiliores videntur. Huiusmodi autem differentiae mea sententia partim ex colore, partim ex contentis colligi possunt, cum cetera omnes longius a substantia videntur abesse, neque ad materiam institutam tractandam perrinere. Quam ob rem nos circa illas differentias vrinæ præcipue versabimur, que ab his tribus veluti fontibus elicuntur. Quod quidem eo libentius facimus, quoniam Galenus in huiusmodi contemplatione hac ipsa tria capita sibi ipsi cum primis viderur proposuisse, qui haec habet 4. de tuer. val. cap. 4. estimare præterea vrinæ tum consistentiam, tum colorem oportebit, sed nec ea, quæ in ea pendent, aut resident prætermittere conuenit, sed omnia perpende. Quod igitur ad vrinæ substantiam pertinet, hinc tres principales accipiuntur differentiae, vi colligitur ex Galeno 1. de Crisibus cap. 12. circa principium. Namque aliae sunt tenues, aliae crassæ, aliae inter vtrumque extremitatem inediae, & moderate. Tenues quidem sunt vrinæ, quæ à mediocri recedunt crassitudine, ac nondum liquoris, hoc est concoctæ, & absoluta vrinæ substantiam sunt adepte. Crassæ autem sunt iusto crassiores, & quæ supra modum in liquorem, & congiuam vrinæ substantiam conuerse, & semper sunt perturbatae. Mediae vero, ac moderatae sunt, quæ neque crassæ, neque tenues mediocrem quandam, & convenientem vrinæ formam, & substantiam, sunt assecuta, ac secundum naturam se habent. Quo loco notandum est, ad hanc differentiam tenitatis, ac crassitudinis alteram differentiam posse referri, quæ apud complurimos ad perspicuas, & perturbatas vrinas pertinet.

Nam quæ sunt vrinæ tenues haec sunt necessario perspicuae, quæ autem sunt crassæ, haec necessario sunt perturbatae, ut manifeste colligitur ex Galeno loco proxime citato 1. de Crisib. 1. 2. quæ quidem vrinæ perturbata apud Galenum sunt duplexes 4. apoph. com. 70. quippe nonnullæ redduntur perturbatae, & tales longiore tempore manent, nonnullæ vero deinceps sedimenta crassum deponunt, & clarescunt. Et si enim tres aliquando turbidarum vrinarum differentiae ab eodem Galeno traditæ sint, sciendum est illum tuuc tenues quoque vrinis, quæ paræ minguntur quadam consecutione doctiñam siq[ue]l, & perturbatis confusilis, quæ re vera ad perturbatas non videntur pertinere. Atque hactenus de differentiis vrinarum, quæ à primo fonte nempe substantia earum generaliter constitui possunt. His secundo loco succidunt differentiae, quæ sumuntur ex colore; Quæ quidem eti[am] apud Actuarium, & ceteros Auctores plurimæ sunt, & propemodum infinitæ, sihi videntur satis commode ad certum quendam ordinem, & numeram posse referri. Ne quis putet me in præsentia naturam coloris esse exacte tractaturum, quod à meo instituto longissime abesse, siquidem mihi statutum est nullam colorum historiam, & quendam summationi vobis referre, & quatenus possitis huiusmodi vrinarum differentias intelligere.

1. Itaque sciendum est, quod alioqui Aristoteli, & omnibus Philosophis in confessu est, inter omnes colores duos, album, & nigrum præcipuum obtinere locum, atque ex iis tangentibus duobus extremis inter se commixtis ceteras, omnes colorum differentias originem habere. Quæ quidem tot, & tam variae existunt, ut Plato dixerit in Timao solum Deum illas exquisire cognoscere, & distinguere posse. Cæterum ex tot, & tam variis colorum differentiis, nos Galeni exemplo, atque imitatione, primo de Crisibus 12. paucis quibusdam contenti erimus, ut omnem confusionem fugiamus, q[ua]s quidem putamus instituto nostro satisfacere posse. Illæ vero sunt sex numero, quas totidem præcipui colores constituunt, albus nimirū, palidus,

ridus, rufus, flavius, ruber & nigrit; de quibus significatione quidem, sed brevissime dicendum est. Sed ante omnia illud est sciendum, huiusmodi colores magis, aut minus, vel vt vulgo dicitur, intense, aut remissæ tales esse. Quos quidem ex Galeni observatione; ac sententia ita licet distinguere, ut qui intense tales sunt, simpliciter proferantur, vrina alba, vrina pallida, qui remissæ autem, non simpliciter, sed adiecta particula seu præpositione, que nonnonquam immixiendi vim habet, que Græcis ῥινα, Latinis sub, dicitur, vrina subalba, subpallida. Itaque vrina alba illa est, quæ aquæ, Cytallo, niui, vel alteri id genus albo colori similis est. Vnde apud Actuarium, & alios scriptores, huiusmodi vrinæ aquæ, niueæ, atque etiæ stallinæ dicuntur. Vrina autem subalba est, quæ ab hac intensa, & exquisita albedine parva recedit, quales vrinæ idem Actuarium lacteas glaucas, & caropas vocat.

Quæ quidem normina ego nihil moror, modo rem. intelligamus, nempe vrinæ subalbas dici, quæ ad nefcio quem pallorem declinant, de quibus, & eorum natura, & differentiis Galenus diffuse sermonem habet 3. Epidem. sc̄t. 3. comment. 70. Galenus vrinæ subalbae colorem vna vel altera similitudine nobis demonstrat, qui inquit huiusmodi colorem similem esse, vel viniis abundet tenibus, & albis, vel aquæ, in quam parum oii, terræ ciuidam luteæ, vel bilis iniciatur. Si quidem talia vina tenuia, & alba, & aqua ea ratione permixta, ab intensa, & exquisita albedine nibil defecunt, & levissimum quendam colorem pallidum preferunt, Si pauca grana hordei decoquuntur, & parum bulliant in aqua, illa admodum apte eiusmodi album colorem viderit repræsentare. Secundo sequitur vrina pallida cuius imaginæ refert aqua, in qua terra aliqua lutea, vel bilis copiosius permisceatur; subpallida autem remissæ talis est, imaginæ ad album colorem vergit, qualem colorem palea, triticumque quodammodo ad album declinant, videntur referre, vnde nonnulli hanc vrinam paleam vocat. Tercio succedit vrina rufa quam Græci pyrrhi vocant, fortale, quodignis flaminam repræfenter, quam nonnulli auream appellant, quæ auræ colorum prefererat. Subrufa autem eundem fere colorem, sed remissorem obtinet. Vnde quidem inter utramque hanc differentiam; quod vrina rufa colorum auti puri, subrufa autem colorum auri non puri videatur repræsentare. Dicto succedit vrina flava, quem colorum aquæ præ ceteris videtur indicare, in qua flores croci sunt dissoluti, vnde nonnulli croceus dicitur. Sic vrina subflava, & subcrocea est, quæ non ita intense hunc eundem colorem sortita est; Neque vero velim hicalquem vestrum perturbari, quia difficile, aut non nisi longiore tempore, & obseruatione, aut potius nulla ratione huiusmodi vrinarum differentias à coloribus sumptæ ita exacte cognosci, & distinguiri possunt. Quod sane verissimum est, siquidem illud vobis satis esse debet, si à colore albo ad alios progrediamur, pro maiori ab ipso, sed minori accessu, att recessu, reliquos colores, pallidum, inquam, rufum, & flavius, nec non subpallidum, subrufum, & subflavum posse constitui. Quandoquidem enī licet, hac veluti catena à colore albo ad pallidum, & subpallidum, à subpallido ad rufum, & subrufum, à subrufo ad flavius, & subflavum colorum peruenire. In qua quidem vrinarum cognitione, rametis non ita exquisita, & omnibus numeris absurda, vnuſquisque vestrum debet in præsenti acquirescere, donec lōgiore visu, ac bonorum Auctorum testimoniis pleniorē, de iis quoque cognitionem consequi possit. Sed secundo, quæ restat, colorum differentias persequamur. Vrina rufa, quam Græci pyrrhon, vocat, illa-

est, quæ colorum rubeum præ se fert, qualis in malis quibusdam crassis, & aliis id genus fructibus reperiatur. Qui quidem color, cum sit multiplex, varias quoque huiusmodi vrinarum differentias constituit. Auicenna hunc colorem triplicem facit, primo, rubeum clarum, qualis est color Rosarum vulgarium, quibus aromatarij vuntur, confidendo oleo rosaceo, secundo, rubeum vividum, qualis Corallorum esse videtur; Tertio rubeum obscurum, qualis est color Rosatum, que Damaseæ dicuntur ex quibus Zaccharium Rosatum fieri consuevit. Quam fortasse distinctionem Auicenna accepit à Galeno Comment. 2. in proretic. Comment. 25, qui tres itidem vrinarum rubearum differentias ponit, rubras, impene rubras, & fabruras, quæ quidem ita ab illo disponuntur, ut vrinæ impene rubras, subrubras sint veluti duo extrema, rubras autem inter illa medium locum obtineant. De quibus longius agendum non est, quod exempla indicantia priores differentias: rubri coloris apud Auicennam, posteriores quoque apud Galenum satis possint indicare.

Postremo restat color niger, qui à nonnullis colore extincti carbonis solet circumscribi. Sed equidem puto hunc quoque colorem pro maiori, vel minori nigritate varias quoque differentias continere, sicuti de prioribus coloribus diximus. Hancenus de differentiis Vrinarum, quæ à secundo fonte nimirum à colore desumuntur. Itaque remanent differentiae, quæ accipiuntur à tertio fonte, nimirum, Contentis, quæ parsis amena Græcis dicuntur, quæ quidem nomine comprehendimus omnia quæcumque vrinis permiscuntur, atque in illis conspiuntur. De huiusmodi contentis, ac potissimum de ea parte, quæ residet in fundo vasis, & hypostasis, sedimentum dicitur, medici cum alia multa, tum in primis quo disputant. Alterum vrum hypostasis in vrinis sanorum eadem sit, quæ in vrinis ægrotorum. De quibus plerique præcipue, ut Turisanus olim, & proximo hoc tempore Altianus peculiares, & longissimas disputationes fecerunt, quas vnuquisque suo arbitratu videre potest. Ego vero cum nolim, vel iitatis, vel alias id genus questiones agitare, quæ à proposito nostro sunt alienæ, illud vnum dico, quatenus ad primam partem, me sentire cum Galeno, hypostasim, quæ te vera sit hypostasis, non in qua crudii humores deponantur, cuius pseudo-hypostasis menimitt Galenus primo de Elementis, capitulo 2, primo de Crisibus, cap. 2. excrementum esse tertia coctionis ex illa sanguinis parte genitum, quæ in substantiam, & nutritionem membrorum converti non potuit. Quæ doctrina manifeste colligitur ex Galeno 1. prognost. Comment. vlt. 1. de different. Febru. cap. 6, 3, de Prost. ex pulsibus, cap. 7. Quatenus autem pertinet ad alteram (quicquid alij sentiant) eisdem puto vtramque hypostasim tam in sanis, quam in ægris vnam, & eandem esse, eoque tantum differere inter se, quod hypostasis sanorum ex puriori, & probiore sanguine generetur, qualis maxime ad nutrita sana membra necessario requiritur, hypostases vero ægrorum ex impuro, & improbo sanguine originem habent, quam verisimile est, vel magis necessarium in ægris reperi. Quæ doctrina colligitur ex Galeno 3. Prognost. Comment. 37, primo de different. febr. cap. 6. vbi de Sedimento in vrinis generato multa docet. Atque illud potissimum varium esse, quod ex humoribus secundum naturam vel præter naturam decidat, vel originem habeat. Sed ad contentorum differentias accedamus, quæ quidem, etiæ plurimis varia plurimæque adferuntur, illæ nostro instro erunt satis, quæ credentur maiori momenti, & sunt huiusmodi. Primo à loco, seu situ, in quod contenta continen-

tinentur, quæ potissimum triplex est, ut docet Galenus 2. Prognost. Comment. 26. Nam quæcumque in vrina continentur, vel in superiori, vel in inferiore, vel in media vasis parte collistunt, quæ etiam varia nominata sunt. Quæ vero in superficie est Græcis *enastia* Lat. *suspensum*, quæ in fundo Græc. *hypostasis* Lat. *Sedimentum* dicitur. Tametsi Hippocrat. quod notat Galenus 2. Progn. Comment. 29. & 36. Epidemi. Sect. 1. Comment. 4. nubecula nomen non solum ad contentum superioris partis, sed etiam ad suspensum partis mediae accommodare consuevit. Secundo sunt differentiae à substantia, seu materia, quæ in vrina continentur, si quidem non solum nubecula, suspensio, & hypostasis, sed & alia multa nonnunquam in vrinis solent apparet, capillamenta furfuracea, lapilli, arenula, pus, sanies, grumi, fanguis, lumbrici, & forte id genus alia. Tertio quantitate seu modo quæcumque etiam continentur in vrina, vel sunt magna, & copiosa, vel parva, & modica. Quarto sunt differentiae à forma, & figura, quam contenta obtinent. Namque nubecula, suspensio, hypostasis, sunt crassa, vel tenues, diuilla, vel unta, rotunda, oblonga, pyramidales, vel alia formia prædictæ, demum aquales, vel in aquales, quod quidem æqualitatis nomine, vel inæqualitatis ego interpres (quicquid alij velint) non ratione temporis, quod hodie, etas, & perpetuo eadem sint, vel diversa, sed ratione ipsorum contentorum, quæ inter se plena sint, & æqualia, sicuti viam dicimus æquali, vel inæquali, minime habita ratione temporis, sed suarum partium.

Quando enim vta tota plana est, tunc æqualis dicitur, quando autem habet alias partes ascendentes, alias descendentes, inæqualis, ut scribit Galenus in 3. Com. de offic. Medici, cap. 11. Vnde contenta in vrinis dicuntur æqualia, quando plana sunt, nec varium partium situm, aut continuationem obtinent; sicuti contra, inæqualia, quando plana non sunt, sed varia eorum partes variò situ continentur. Quinio sunt differentiae à colore, qui quidem, mea sententia, potest esse multiplex, immo vero quilibet ex his, de quibus supra diximus, tametsi experientia demonstrat, tres præcipue, album, rubrum, & nigrum, modo alium, modo vaum in contentis apparere, adeo ut ceteri omnes facile ad istos possint referri.

Postremo sunt differentiae à tempore: Contenta enim quedam cito, quedam tarda apparent, quedam singulis diebus, & omni tempore sibiplus similia sunt, quedam indies aliquot mutationes faciunt. Asturianus, & alij quidam, alia inter contenta commenorant, quæ ab illis corolla bullæ, spinæ, & forte aliis nominibus donantur, de quibus non pertinet ad meum institutum longius agete. quod ista omnia, si diligenter considerentur, ex dictis facile possint intelligi. Hæc de Vrinarum differentiis satis.

C A P . V . T . T . I . I .

De causis Differentiarum Vrinarum.

Tertium sequitur caput de causis vrinarum, de quibus cum multa dici possint, nos circa illa tantummodo, versabimur, que nobis videbuntur utiliora, ac magis ad nostrum institutum pertinent, sicuti haec tenus de duobus prioribus capitibus factum est. Quoniam vero Medici Vrinas contemplantur, utque earum causas inquirunt, ut possint affectus præter naturâ intelligere, & curare, ex doctrina Gal. 3. de Symptomi: causis: primum si quis primum intelligat, ex quibus causis

L vrinæ

vrinæ per sanitatem efficiantur; si facile quoq; morbosarum vrinarum causas poterit intelligere. Itaque tres videntur præcipue causa generationis Vrinae. Prima materia, quam statuimus esse potiones, & humores, & carnem, & adipem, & si quod aliud est quod possit liquefcere, & in vrinam converti. Secunda efficiens, qua non alia est, quam facultas naturalis, atque ea potissimum, qua concocctioni, & generationi sanguinis dicata est. Tertia instrumentaria, omnes sunt illa partes, venæ in primis, renes, vrinarum meatus, & vesica, qua ad efficiendum, & purgandum huiusmodi excremum sunt à natura instituta. Hinc facile est vrinarum causas præter naturam colligere. Nam quædam, si tria propriezatæ conuentunt, ac secundum naturam se habent, naturalis atque optima redditur vrina, ita si vrina declinat à statu naturali, vt id fiat, vel propter vnam, vel propter plures ex prædictis causis, quæ propriam naturam non seruant, nec essariunt. Sed nos singulas differentias consideremus, ac primum causas tenui, ac crassorum vrinarum inquiramus, quæ à substantia accipiuntur, & primum locum sibi vindicant. Prætermis vero opinionebus ego quidem puto ad mentem Galeni vrinæ tenues reddi propter vnam vel alteram, vel omnes causas, ex quibus modo diximus naturalium vrinarum generationem constare. Ac primo vitio facultatis alteratricis, quotiescumque illa à cōgrua coctione deficit. Cum enim coctione semper crassiora redantur (quod in publ. lect. cum Aristotele, & Galeno, satis demonstrauimus) facile est intelligere, quomodo ex debili, & imperfecta coctione vrina tenues reddatur. Quamobrem, & quas ob causas facultas alteratricis potissimum in eccore, & venis à proba cōcoctione deficit, alio loco declaratum est. Secundo, vrinæ tenues sunt vitio materiae, yr si quis exempli gratia, copiosorem aquam potauit, quod manifeste videatur illi vlna evenire, qui aquas thermales accipiunt, in quibus vrinæ plane tenues, & omni ex parte aquæ similes reddi conveuerunt, quod propter celerem translatum minime possunt alterari. Tertio vrina quoque tenues redduntur vitio instrumentorum, si illa fuerint vel obstructa, vel aliter male affecta, adeo ut non nisi quod tenue est, per ea permeare possit.

Ad quem modum scribit Galenus 6. de locis affect. cap. 2. in nephriticis. ab initio aquosas admodum, pūrasque vrinas reddi, quod tunc renes à lapide sint obstruti; sequentibus autem diebus, postquam obstruictio aliqua ex parte ablata est, vrinæ crassiores sunt, quotiescumque hujc aquoso excremto alij, ac præcipue crudii humores permiscentur. Quod quidem multis rationibus fieri potest, de quibus longius agendum non est. Quoniam vero diximus ad has differentias tenuitatis, & crassitudinis alteram, manifestum (turbationis) obscuritas, & perspicuitas, posse referri: sciendum est, ex Galeno 4. Aphor. Comment. 70. vrinas perturbatas reddi, quod multi crassi humores in venis à calore agitantur: siquidem hinc fit vi multi succi, & crassi humores, per vrinæ substantiam misceantur, & dispergantur, ex quo illa perturbata redditur.

Quod quidem nulli mirum deber videti, cum huiusmodi humorum agitatione, & postquam vrina micet, etiam persequeretur, sicuti ipsa quoque vrina ex nostro corpore exiens, quandam caliditatem per aliquod temporis spatiū seruare conseruit. Si quis autem cupiat magis aperte intelligere, quidnam Galenus per huiusmodi humorum agitationem intelligat, is sciatur, illam nihil aliud, quam concocctionem intelligere, quod manifeste declarat 4. de tenu. valet, vbi hæc habet. Quod si perturbata sit vrina, qualis iumentorum visuntur crudis humoribus indicat venas refertas

fertas esse, non tamē cessare naturam, sed eos valentes concoquere studet. Quam candem sententiam licet colligere in primo Prior. Comment. 28, nec non 3. in primo Prior. Comment. 20. quo loco notandus est error vulgarium medicorum, qui vbicumque videt vrinas pergit batas, statim pronuntiant febrem, vel morbum esse malignum, cum tamē Galenus id tantum aperte nō doceat, huiusmodi vrinarum turbationem non aliter fieri, neque aliud quam crassorum, & vilicidorum humorum agitationem, & concoctionem prætendere: Causa autem propter quas vrinæ vel turbatae minguntur, sed paulo post resident, vel turbata longo tempore, aut semper manent, quæ duas turbatas vrinarum differentias à nobis sunt constitutas, præclare explicatur à Galeno primo de Crisib. cap. 12. qui docet pro maiore, vel iniore humorum agitatione, ac materia concocctione alterutrum contingere. Namque si pugna inter naturam, & humores est prope modum par, vt neque natura ab humorib; neque humores, à natura superentur, adeo, vt partes vrinæ crassiores à tenuibus nequeant superari, tunc persequerante adhuc, & vigente in humoribus huiusmodi agitatione, & perturbatione, vrina non solum perturbatae minguntur, sed etiam turbatae necessario remanent. At vero, si natura ita cum humoribus pugnet, vt illos incipiat expugnare, adeo, vt crassorum à tenuibus, bonorum à malis secretionem, ac manifestam coctionem incipiat moliri, tunc miti iam remanente agitatione vrina turbata quidem minguntur, sed paulo post resident. Verba Galeni sunt huiusmodi: Quæ vrina non statim subsident, patum adhuc inqualis perturbationis remansile significant. Quæ vero semper similes manent, vigore adhuc perturbationem in sanguine demonstrant. Ex quo idem docet alteram vrinam, quæ turbata mingitur, confessim vero subsistens ostendit ceteris esse meliore, ac indicate morbum non multo post concoctum iti. Alteram autem, quæ turbata mingitur, & turbata permanet, esse minus bonam, quippe quæ longiore tempore, & virtute robusta ad concoctionem indiget. Atque hactenus de causis differentiarum, quæ à substantia vrinarum accipiuntur, post quas illa duas sequuntur, quæ sumuntur à coloribus, de quibus quidem causis variorum colorum, qui in vrinis apparent, cum plurimæ ac maximæ sint difficultates, variæque Philosophorum, ac medicorum opiniones, mihi statim est, prætermissa omni disputatio, illas tantum causas vobis explicare, quas equidem puto veriores esse, ac potissimum doctrinæ Aristotelis, & Galeni magis consentire. Itaque tria præcipua videntur esse causæ, propter quas vrinæ varios colores acquirunt, alteram propter diuersam concoctionis rationem, alteram propter varios humores, qui illis permiscentur. Ad quas duas causas ceteræ omnes, si qua sint, facile mihi videntur posse referri. Cæterum v. tranque huiusmodi causam præclare mihi videntur tradidisse Hippocrat. & Gal. Hippocrates quidem loco singulari Epid. scit. textu 25. qui hæc habet. Vrina eiusdem cum cibo, & potu coloris est, ac veluti humoru in corpore colliquatio existit. Galenus vero. Vrina nonnunquam ei, quod potum est in colore similis apparet, &c. Sed causas singulas in Vrinis breuiter perpendamus. Primo, si Vrina nihil alteratur, & concoquatur, (quod multis de causis fieri potest) alba remanent, quales diximus appellari aqueas, crystallinas, niveas. Si vero debiliter, atque vtconque alterantur, tunc proximi generantur colores, subalbus, pallidus, subpallidus, & qui deinceps generantur colores. Altera autem ex parte si alteratio, & concoctio tantum præcedat, vt supra modum, atque natura institutum fiat,

pro vario gradu alterationis, ceteri tantum generantur intensiores colores ad nigrum usque, quandoquidem ita generaliter habendum est, à proba, & naturali coctione iecoris potissimum, ac venarum, colores quoque Vrinarum probos, & naturales fieri, qualis subrufus est, & subflavus. Ex debiliore autem coctione, & calore naturali reddito debiliore, remissiores colores, album, subalbum, pallidum, subpallidum generari, ac demum ab eximio calore, & nimia coctione, colores intensiores originem habere. Quæ doctrina est Gal. i. de Crisibus caput. 12. Sed tamen sciendum est, ex eodem Galeno loco citato, necnon 2. Progn. Commen. 29. nigrum Vrinam fieri, non solum ex immoderatio colore, qui calorem natuum extingueat, primum liquidum, deinde nigrum calorem inducit, sed etiam ex refrigeratione vehementi, sicut in partibus extremis nostri corporis contingit (ex numero), quæ non minus ex immodico calore, quam ex vehementi frigore, huiusmodi nigro colore afficiuntur. Et si Argenterius, Mercurialis, & alij nouatores, hanc Galeni sententiam non omni ex parte recipiant, qui contendunt nullo modo fieri posse, ut viuente homine, talis ac tanta frigiditas in partibus internis possit excitari, quæ valeat nigras Vrinas efficiere. De quibus nō multum labore in praesentia, quia ad tuendam Galeni sententiam puto id fatis esse, in partibus internis calorem natuum usque adeo remitti aliquando, & refrigerari, ut proxime extingatur, adeo ut summa cum ratione dixerit Galenus, se nullum unquam seruatum vidisse, qui huiusmodi nigras Vrinas mixxerit, de qua re alias.

Secunda causa colorum in Vrinis fuerat variorum humorum permixtio, pro quo sciendum est, quod Galenus docet 5. de vsu partium, cap. 6. ad finem, nimirum, partes nostri corporis, quæ per amplas vias accommodatum succum ad se trahunt, non posse ipsum succum purum, syncerumque trahere, sed alterius cuiusdam diuersi permixtione adulterari. Si vero eiusmodi attractio per angustas vias, ac per tenuia, ac obscura trahentia instrumentorum orificia fiat, tum familiariter succum syncerum, ac sine ullius alterius permixtione trahere. Ex quo factum est, ut vesica fellis succum, quem natura sibi trahendū prescriperat, solum syncerum, ac omnia aliena qualitatē expertem ad se trahat, cum angulis quibusdam, & inuisibilibus finibus vasorum, quæ se ipsa in ictus inferuntur, cōtingat eiusmodi attractionem fieri. Cum altera ex parte neque lien, neque renes, quod vtrumque membrum ampliora trahentia vasa fortitum est, accommodatum tantummodo sibi succum elicant, quandoquidem lien non solum proprium succū melanochicum, quo nutritur, sed etiam simul aliquid, antequam ad ipsum perueniat, sanguinis attrahit, quem venæ que sunt in omento trahere ad se ipsas occupant. Sic renes præter Vrinam, multum quidem flavae bilis, multumq; tenuioris, & humidiors sanguinis, & omnes propemodum humores, quicunq; in venis, & arteriis continentur, suæ naturæ trahunt.

Ex quibus illi, quidem sanguine nutritiuntur, bilis autem, ac ceteri humores simul cum Vrinis, ad vesicam transmittuntur. Itaque renibus, & propter amplitudinem trahentium meatuum, & propter sui nutritionem, & propter alios vsus natura tributum est, ut non solum Vrinam, sed simul quoque sanguinem, flauam bilie, & alios humores attrahant, ex quorū mixtione fit, ut in Vrinis varij colores appearant. Ad quem modum in febri quotidiana, in hydrope anaferata permixta picta, in febre tertiana, & ictero permixta flaua bile, in febri synoqua, & in fluxione ie

ne iecoris permixto sanguine: In febri quartana, & ictero nigro permixta melanocholia, lora alba, flava, iubra, nigra conspiciuntur. Et quando singuli humores ex variis differentiis, necnon colorum gradibus, constant, præterquam quod à rebus quoque externis, exempli gr. alimentis, medicamentis, exæcitatiōibus, alterantur, ac varios colores acquirunt.

Præterea vero, quoniam non vñica mensura, sed modo parcus, modo copiosus Vrinæ permiscetur, hinc facile est intelligere causas tot variorum colorum, quos iam supra diximus in Vrinis apparere: Id quod ex exemplo vñius flauæ bilis, quæ maiori ex parte Vrinis permiscetur, duobus verbis mihi licet illustrare. Cū itaq; varia sint species bilis, tam naturalis, quæ præter naturalis, quæ variis quoque nominibus appellantur, de quibus non pertinet longius ad meum institutum in praesentia agere, si accipiamus bilem naturalem, quæ generaliter calore, quam suave natura obtinuit apud Græcos tum flava, tum pallida dicitur. Huiusmodi bilis si moderate cum vrinis permisceatur, colorē pallidum, & subpallidum, si vero permixtio fuerit largior, colorē rufum, & subrufum efficit. Si vero accipianus bilem præternaturalē vitellinam, prassianam, et ruginofanam, ex iis etiam pro vario illius colore, & calore, necnon pro maiore, & minore illius permixtione flatus, subflatus & deinceps ceteri vrinarum intensiores colores generabuntur: Ex quo exemplo idem de ceteris humibribus statuisse licet!

Itaque ad causas differentiarum, quæ ex contentis accipiuntur, ac sola restant, veniendum est. Cuī autem differentia haꝝ plurimæ sint, omnes (nihilor) ad duas præcipuas causas mihi videntur posse referri. Altera ad varietatem cōcoctionis, altera ad varietatem materiae, quæ concomitante subiicitur. Sed singulas differentias, atque earundem causas breueriter perpendamus. Prima differentia fuerat à loco, in quo, vel inferiore, vel superiore, vel medio contenta resident: Vnde varia quoque nomina sortita sunt. Ergo si ex una parte concoctio exigua fuerit, vel nulla, ex altera si materia fuerit tenuis, cōtentū in superiore loco, Nebula erit. Si vero concoctio præcedat, & materia quodammodo crassescat, contentum, medium locum occupabit, & suspensionem monstrabit: si demum concoctio sit absoluta, & materia adhuc crassior, contentū infimum locum petet, & hypostasis efficit. Ita enim in summa habendū est, contenta quo sunt eructoria, eo magis ascendere, quo magis sunt cocta, eo magis descendere, ut ordine quodā in morbo crudo fiat Nubecula, precedente coctione, ex Nubecula Suspensio, ac demum coctione absolute, ex Suspensiōne Sedimentum generetur. Pariter contenta quo sunt tenuiora, eo magis ascendere, quo sunt crassiora, eo magis descendere.

Quod retum naturæ maxime conuenit, adeo, ut si quod coquitur admodum tenuerit, nulla unquam in Vrinis contenta residant, sed perpetuo superiori locum retineant. Ad quem modum scribit Galen. i. de Crisibus caput. 12. in illis corporibus, quæ vel tenui vieti vivuntur, & iis afficiuntur febribus, quæ ex tenuibus humoribus (qualis est flaua bilis) generationem habeant, sedimentum nonquam in Vrinis apparere. Secunda est differentia varia materia, quæ præter nebularum, suspensionem, & sedimentum quandōque, in Vrinis continetur arenulis, lapillis, capillamentis, furfuraceis, sanguine, pure, & reliquis, de quorum causis non est hic locus, ut longius agamus, quia, fauente Deo, id cumulate sumus facturi in peculiari tractatu de affectibus tenui, & vesicæ, ad quem hæc omnia pertinent. Causa istius differentiæ manifestissima est. Sunt

autem multa, & copiosa, quando materia concoquenda plurima est, sicuti in pueris evenit, & iis, qui sunt voraces, plurimaque alimenta assumunt. Contra vero sunt pauca, quando eadem materia deficit, sicuti iis contingit, qui tenui vicius ratione vivuntur, in quibus contentia minima, quandoque nulla conspiciuntur. Quarta est differentia à qualitate, seu forma contentorum, quae crassa, tenuia, oblonga, equalia, vel inæqualia euadunt, idque ex eisdem diabolos superioribus causis fieri certum est. Contenta enim crassa, vel tenuia sunt, quando materia adhuc cruda est, neque à natura media, & congrua qualitate inter vitrumque extreum potuit domari. Sic æqualia sunt, vel inæqualia, ac variam figuram obtinent, prout materia vñica, & similis, vel non vñica, & dissimilis existit, nec non propria natura, vel pro parte, vel ex toto illam coquit, superat, & ad naturalem formam illam deducit. De coloribus contentorum, arque eorum causis nolo quicquam dicere, quæ quinta fuerat differentia, quia puto & contenta, & rotas virinas ab eisdem causis varijs colores acquirere, de quibus iam suo loco satis diximus.

Potremus causa propter quas contenta singulis diebus, & omni tempore sibi ipsis similia sint, vel dissimilia, non alia sunt, quam similitas, & infirmitas, mobilitas, & constantia causæ agentis, nec non similitudo, vel dissimilitudo materiæ, in quam causa agit, sicuti in rebus proprie omnibus vsu videmus evenire. Nam si ex una parte materia noxia, ex altera vis naturæ eadem sit semper cōtentia, seu bona, seu mala, semper in eodem statu permanebunt; Si vero materia fuerit multiplex, ac varia, natura item nec ex toto dominabitur, nec ex toto dominata sit, ut contenta infirma, atque inconstantia sint, necessarium est. Ex quo Galenus colligebat primo de Crisibus 12 morbum semicoctum esse. Atque hæc de terro nobis proposito capite, & causis Vrinarum, pro instituti nostri ratione sint satis.

C A P V T . I V .

Deprædictionibus ex Vriniis.

Quæcumque de Vriniis hæc tenus diximus, ad hoc postremum caput de prædictionibus tanquam ad principalem scopum referenda sunt. Porro autem sicuti ex una parte omnes fatentur, Medicos ex Vriniis posse in multarum rerū cognitionem, & prædictionem venire: ita ex altera parte non conuenit inter omnes, quantum huiusmodi cognitionis & prædictio debet dilatari, vel contrahiri: quodquidem nonnulli sunt, qui profertur omnes morbos omnium partium, singula symptomata, singulas causas, non solum internas, sed etiam externas, omnia denique se ex Vriniis posse intelligere, ac varicinari. Alij vero censemus hoc iudicium multo angustioribus terminis definiendum esse.

Nos vero id primum conabimur explicare, quodnam generaliter ex Vriniis licet præcognoscere: Deinde quodnam iudicium, vel quam significationem singulae Vrinarum differentia possint adferre, in quibus quidem explicandis nobis statutum est, more nostro, Vnius Galeni disciplinam imitari. Cum iam demonstratum est Vrinam, serum, atque excrementum esse humorum, qui continentur in Vriniis, quod à Galeno quoque traditum est 3. Epidem. Sect. Comment. 44. singula excremēta, & in sanis, & in morbois corporibus singularium partium, quarūcunque

que excremēta coctionem, & conditionem demonstrant, ali excremēta ventris, spuma thoracis excreta per venas cerebri, ac deluum virina eorum, quæ in venis continentur. De qua te auditis rursus Galenū 4. de tūc. val. 4. de iis, quæ intra venas sunt, nullum plane, nec manifestum, nec euidens signum habemus præter solam Vrinam.

Caterum, dubium est, vtrum cerebro, thorace, vel alia corporis parte laborante, virine contemplatio possit Medicis aliquem vsū afferre, in qua quidem re apud plures controvergia est. Ego ita sentio cum Galeno, Medicos in Vrinis primum, ac per se de iecore, renibus, vēstra, iudicū facere, secundo autem, & per accidens, neque ceteris partibus laborantibus; earum contemplationem prorsus esse reficiendam, quod vel ex eo potest satis confirmari, quod in omnibus morbis, quicunque tandem illi fuerint, ad præfigendum maximum momentum habet, si naturalis facultas vel bene vel male se habeat, quod ex virinis licet potissimum intelligere: sed iis præterea Galeni testimonium accedit, qui Hippocrat. histociam recensens de muliere laborante volvulo admiratus, quam ob rem ille Vrinarū mentionem fecerit, quānus affectus non in humoribus, & venis, sed intestinis continebatur 3. Epidem. Sect. 2. ægrotō 9 responderet, ac nos docet, laborantibus nō solum iecore, & venis, sed etiam ventre, thorace, pulmone, nervis, atque, ut ego interpres, ceteris partibus nostri corporis, virinas perpetuo fore inspiciendas, qui ita statuit alius laborantibus partibus à iecore, & venis, virinas quidem bonas, haud magnum momentum adferre ad salutem, prauas vero semper ægri periculum amplificare, quod hinc virina sint argumento, præter malū principale, instrumenta quoque nutritionis male se habere, verba Galeni sunt huiusmodi: Sic Hippocrates confiduit, ubi aliquid spiritus instrumentum laetus fuerit, virinas inspicere, quæ si secundum naturam se habeant, in solis instrumentis spiritus versatur periculum, si haec quoque prauas appareant, ita significant nutritionis quoque instrumentum laborare, itaque virinas semper memineris, ut simul inspicias in affectibus ventris, thoracis, pulmonis, nervorum: nam si bona appareant, haud magnum præbent momentum ad salutem, contra si prauæ, amplificatur simul ægri periculum.

Hæc Galenus. Quam fere sententiam licet colligere ex tertio de Crisibus. Quocirca, præter rationem, banc Galeni diligentiam nonnulli recentiores argunt medici, quicunque non solum male affectis humoribus, sed etiam laborantibus capite, thorace, ventriculo, intestinis; atque in morbis prope omnibus virinas negligunt. Et si enim in pluribus morbis non licet ex iis primum, & per se aliqua significationem accipere, nihilominus earum contemplatio multis nominibus multos usus potest medicis afferre, sicut diximus, quod quidem multa ex Galeno, & Hippocrate exempla illustria satis possunt confirmare, quæ à nemine possunt ignorari. Est celebris & iam diu agitata questio, vtrum ad præfigendum salutem, vel mortem hominis pulsus, an Vrina certiora indicia valeat adferre?

Cum autem ratio nostræ instituti ab omni longiore disputatione abhorreat, vt ne tamē illud quoque prætermittatur, mihi liber quam breuissime, & summatis eam responsionem adferre, quam euidem censeo ad mentem Hippocrat. & Galeni, ac plane veriore esse. Galenus sententiam suam totius præfigitionis salutis, aut mortis ad duo capita referrit, quæ quidem, eti vno tantum verbo possunt explicari, tamen re ipsa longe maximū habent momentū, ea vero sunt quantitas morbi, ac virium. 1. ad Glaucon. Cap. 8. ad finem nam si vires adeo validæ fuerint

fuerint ut possint morbum superare, necesse est ægrotum evadere, si vero contra, omnino moritur. Si quis autem querat vtrum pulsus, an vrina firmiore ratione huiusmodi quantitatem possit explicare, ego respōderem cum Galeno, multo certiora iudicio ex vrina, quam ex pulsu haberi posse: Galenus namque hanc ipsam rem fere ex prōposito tractans 1. de crītibus, 13. inquit ad præfigendum salutem, vel mortem omnia signa forte diligenter perpendenda, quenam sint firmiora, vel infirmiora. Deinde capit. 14. docet, huiusmodi signa esse triplicia, cruditatis, & coctionis, mortis, & salutis, iudicatoria, quorum omnia naturam, ac vim accurate exponit. Tandem capit. 15. concludit necessario aliquod signum extare, quod certam de hoc iudicio fidem nobis facere possit, alioqui temere ab Hippocrate scriptū fuisse 2. Aphor. 27. iis qua nō ex ratione cedant, haud temere fidere oportet. Denique de iudiciis tractationem frustra se fuisse institutam, nisi enim extet aliquod signum certum, ac minime dubium, quod nos doceat, qualianam cum ratione subleuant agrotos, & qualia præter rationem euentiant, vt vniuersa huiusmodi tam apud Hippocratem, quam apud Galenum sit deficiens, & superuacuana fateamur necesse est. Quod vero inquit Galenus, sit hoc signum, ego libenter audirem ab illis, qui veterem medicinā contemnunt. Nos enim credimus id quod ab Hippocrate dictum est, verū omnino esse, concoctio celeritatem iudicij & salutis fecuritatem partam docet. Quod si ex Galeni doctrina sola signa concoctionis, & cruditatis, inter cetera omnia firma sunt, ac stabilia, hac autem ex vrina, minime ex pulsu colliguntur, vtrique huiusmodi ratio meam sententiam demōstrat, longe certius videtur iudicium salutis, vel mortis ex vrina, quam ex pulsu colligi posse; namque finge Socratem laborantem, qui simpliciter pulsus robustos habet, an hinc liceat præfigere Socratem esse convallitum, id vero minime, si quidem fieri potest, vt morbus virib. longe major, ac superior existat. Quamobrem, oportet non simpliciter, sed facta comparatione cum morbo ad facultatis vitalis animum attendere, quod eleganti similitudine duorum athletarum demōstrat Galenus 3. Prognost. Commen. 6. Nam sicut non licet pædagoge vter eorum sit viēturus, nisi viriisque & pugna non progressionem animaduertamus: ita Medicus potest de salute, vel interitu hominis iudicium facere, nisi vires vtriusque, naturae inquam, & morbi, tanquam duorum hostium inter se comparentur: si quidem certum est, natura morbum superante, salutem, superata autem interitum succedere, quod à Galeno quoque traditum est 2. Prognost. 7.3. de Crītibus 3.4. de Presag. ex pulsc. c. 11. Sola autem coctione potest huiusmodi comparationem declarare, & explicare, quandoquidem hac sola ratione licet intelligere naturā morbo superiorem esse, ac de illo victoriā esse reportaturam, definiente Galeno tertio de Crītibus 5. coctionem nihil aliud esse, nisi vbi natura superior eua sit, & resistit vehementi ornatui morbi, & expugnauit. Sed hac de re sat is, & ad prædictiones, & ad singulas vrinæ differētias deueniamus. Ex prima vrinatu differētia secundum substantiam diximus alias esse tenues, alias crassas, alias moderatas, quæ omnium consensu, & coctionem, & cruditatem significant, quandoquidem vrinæ, quæ medianam quandam substantiam obrincent, probam coctionem ostendunt, quæ autem ab huiusmodi moderatione, & medietate recedunt, tum tenues, tum crassæ, concoctionis vicium indicant. Quod quidem potest esse multiplex, & quomodo vrinæ sunt magis, & minus tenues, aut crassæ, magisque, vel minus à priore naturali mediocritate recedunt. Tenues quidem vrinæ, et si aliquando ab immoderato,

calore:

calore tales redduntur, tamen maiori ex parte caloris imbecillitatem ostendunt, quod si tenues diutius perseverant, vel morbi longitudinem, vel mortem, vel solutionem per abscessum prætagunt, vt diffuse docuit Hippocrates, & Galenus 2. prognostic. Comment. 31. & seq. Præterea vero, tenues vrinæ debent manifeste, vel cum ipsis excerni, quandoque etiam non leues subesse obstruktiones, ex quibus sit, vt retentis partibus crassioribus, tenuiores tantum fluere, & permicare possint. Vrinæ autem crassæ, et si illæ quoque humorum cruditatem significant, tamen perpetuo debilem, minime excedentem coctionem ostendunt, atque illæ portissimum, quæ crassæ minguntur, neque subsident, quandoquidem alteræ simul subsidentes, principium cuiusdam concoctionis significant, ac maxime, vbi cito subsident. Quod à Galeno traditum est tertio Epidem. Sect. prima, ægrotō secundo de Hermocrate, de quo Hippoc. vrinæ, & rubentes, depositaque non subsidente, & rufum sub isto die reddit vrinam tenuem, suspensions habebat, nec subsidebat. Speciatim crassæ vrinæ in crudis, & crassis humoribus magnam flatuofam agitationem indicant, vt notat Galenus 4. Aphor. Comment. 70. 3. Epidem. Comment. 5. & nos quoque supra diximus.

Ex quo deinceps præterquam quod generaliter morbi longitudinem, coctionis difficultatem, & alia pericula indicant, flatibus vna cum calidioribus succis ad superiora eleuatis, speciatim capitis dolores, aliosque affectus solent demonstrare. Quod est Hippocrat. & Galen. Aphor. 20. Quod si Gal. scripsit aliquando 2. Proret. Comment. 2. nullum in vrinis signum esse, quod delirium, dolorem capitis vel alias capitis affectiones portendat, quæ alii tum signis, tum symptomatis indicantur, iam superius responsio tradita est; vrinas non primum, & per se, sed secundario, & per accidentis eleuatis vaporibus istud significare. Quæ responsio ad verbum est Galeni, 3. Epidem. Sect. 3. ægrotō 220. Quid porro singulari turbidarii vrinam differentiæ significant, apertissime traditum est à Galeno 1. de Crītibus cap. 12. qui inquit vrinas, quæ tenues, ac puræ minguntur, paulo autem post perturbantur, leue quidem concoctionis preludium indicare, quandoquidem perturbatio quedam flatuosi spiritus illis permixta est, qualis in vinis nouis adhuc feruentibus appetit. Has vero, quæ perturbatae, sen. per similes manent, ingenitam adhuc in sanguine turbationem indicare, & coctionem longius abesse. Postremo autem de turbatis vrinis illud non est prætermittendum, illas non perpetuo morbi cruditatem, diuturnitatem, difficilim coctionem, & alia mala, fed potius salutem, quandoque etiam morbi liberationem significare, dummodo natura hac ratione, & per hanc partem valeat noxios humores expurgare. Quod est Galen. 4. Aphor. Comment. 74. 6. Epidem. Sect. 4. Comment. 2. 3. Epidem. Sect. 3. Comment. 41. quam quidem utilem turbidarum vrinarum purgationem licet intelligere ex præcedentibus signis concoctionis, ex insigni earum copia, & facilis tolerantia, & alii id genus, quæ morbi declinationem solent demonstrare. Sed ad præfigitionem vrinarum ex colore venientium est, ex quibus non minus quam ex substantia, de proba, & improba coctione: licet ante omnia præfigere. Nam color quidem naturalis, itemque optimus, nempe subrufus, vel subflavus, qualis in iis conspicitur, qui integræ fruuntur sanitatem, probæ concoctionis nota est, ita cæteri omnes colores improbam concoctionem, vel deficientem, vel excedentem significant. Sic igitur vrina alba summam cruditatem demon-

L 5 strat.

strat. Quæ apud Galenum exquisitæ cruditati ventriculi proportionè responderet, careri autem albo proxime succedunt colores; subalbus, pallidus, subpallidus, & ceteri, de quibus fatis diximus. Ex quibus quidem vrinæ coloribus (vt viro verbo dicam) vel maiorem, vel minorem cruditatem, maiorēm, vel minorem coctionem prædicere, quatenus illi proximius accedunt, vel colori albo, qui summam cruditatem ostendit, vel colori subflavo, qui integratam coctionem significat. Sed antequam ad reliquos colores venio, noloid silentio præterire, albas vrinas, quandoque morbos capitis speciatim phrenitum demonstrare, non quidem primo, & per se, sed secundo & per accidens. Namque (exempli gratia) in febre ardente si vrina alba conspicuntur, verisimile, vel potius necessarium est, succos biliosos, qui in vasis continentur, ad superiores partes converti, & cerebri inflammationem excitare. De qua etiam Aphor. Hippoc. 4. Aphor. 72. Quibus vrinæ albas sunt, & perspicuae, male, maxime vero si in phreniticis apparuerint, adeo ut Galenus in Com. affirmeret nullum phreniticum salutatum vidisse, in quo talis vrina apparuerit. Ad quem modum scribunt Hipp. & Galenus albas quoque dectiones per alium in phreniticis malas esse, primo in primum Ptolet. 13. quod tunc bilis non amplius in ventrem confluat, sed vna cum sanguine, qui per vniuersum corpus distributior, sursum feratur. Cæteri demum colores, qui a coloribus naturalibus ad alterum extremum, nempe colorem nigrum accedunt, non aliunde, quam ex nimio colore originem habent, ita quidem, vt ex maiore, vel minore, magisque, vel minus exurent caliditatem varijs omnino vrinarum colores nascantur, vt tandem color niger à summo calore, & qui penitus vrendi facultatem obtinet, originem habeat. Etsi ille à summo quoque frigore fieri potest, vt supra diximus cum Galeno. De quibus vrinis nigris, nec illud silendum est, neque illas sicuti diximus de vrinis perturbatis, perpetuo exitiosas esse, ac mortem portendere, immo vero si post coctionem excernantur, futuram salutem praesagire, quod Hippocrat. & Galen. docent, qui in muliere morosa, Epid. Sect. 3. agro. 1. necnon in uxore Epicratis, primo Epid. Sect. 3. agro. 3. quæ ambae nigras minxerunt vrinis, nos mouent, ex illis nullum periculum potuisse inimicere, quod in vitroque melancholici humoris viliter purgarentur. Sed ad postremam prædictionem ex contentis vrinarum progrediamur. Cæteris autem omnibus contentis prætermisso, quæ alias tractabimus, nunc de solis contentis nubecula, suspensione, sedimento, breuiter dicamus. Ac primo, non licet solum mirari, sed & ridere Aestuarium, qui primo libro de præuentia ex vrinis, cap. 15. scribit, huiusmodi contenta pro vario situ, quarum in vase continent quadam proportione varias corporis partes male sanas indicare, adeo, vt quæ medium locum obtinent, demonstrent medias corporis partes, thoracem, hypochondria, viscera laborare, quæ vt nubes superiorem locum tenent, significare caput esse male affectum; Ex quo forte illa stoliditas apud multos ortum habet, qui profitentur se ex vrinis posse intelligere, & prædicere, caput, pedes, vterum, & singulas corporis partes laborare, quæ mihi videntur tam à ratione esse aliena, atque absurdâ, quam quæ alienissima, atque absurdissima, vt neque vlla refutatione indigent. Certissimum est, illud omnia contenta tum in agrotis, tum in sanis potissimum, coctionem, vel cruditatem præfigere. Ac primo quidem hypothesis, si vera, ac proba fuerit, hoc est definitore Hippocrate 2. Progn. 26. quæ sit candida, leuis, & aqualis, optimæ concoctionis nota est,

est, adeoque securitatem, ac morbum fore breuens significat. Suspensio vero, ac multo magis nubecula, coctionē debilem ac deficientem, adeoque morbum non carere periculo, ac fore longiorem perpetuo indicat, quandoquidem quæ sunt omni ex parte cocta, nullos flatus retinent, & ad imum locum feruntur. Sed tamen memoria tenendum est, quod supra diximus cum Galeno, in corporibus, quæ tenui vîtuuntur, atque ex tenuibus succis laborant, nullum quandoq; sedimentum apparere, sed solum suspensionem, ac nubeculam ad morbi solutionem satis esse, immo vero, si morbus celeriter moueat, & vt idem notat Gal. 4. Aphor. Com. 71. sine suspensione, & nubecula nonnunquam solæ vrina mutationem in colore, & substantia ad morbi iudicationem, & salutem sufficere, sicuti contra cōtentā, ac præcipue sedimentum, solet esse copiosum, quoties morbus ex crassis, & crudis humoribus originem habeat. De coloribus, & reliquis differentiis contentorum, atque eorum prædictionibus nolo quicquam dicere, cum hæc omnia accurate tradita sint à Galeno rū aliis in locis, tum maxime primo de Crisibus 12.2.

Prognost. 26. præterquam quod ex dictis facile omnia possint intellegi. Quare tractationi de vrinis finem imponeamus, quæ sicuti principio diximus, vobis in præsentia ad propositum satis sint, brevi contenta oratione per compendium vobis explicata.

Quæ omnia fortasse in maiore ocio conabimur meliora, auctiora, & illustriora redere.

TRACTATVS IV. FINIS.

ALE



ALEXANDRI
MASSARIÆ VI-
CENTINI

CONSILIVM IN FEBRE CATARRHALI,
totius Macie, Ventriculi imbecillitate, Mesenterij Ob-
structione, Mœllitia, & Vigiliis; pro quodam
Illustrissimo Antiste.

C O N S T I T U T I O N A T U R A L I S.

Gal. sepe re-
petit Hera-
cliti dictum:
Spiritus si-
cuit anima
sapientissima.

Ortus corporis gracilis, ac macilenta habitum vniuersum sicciorum fuisse temperato satis declarant. Quemadmodum etiam facilitas, ac promptitudo ad caloris augmentum calidus fuisse docet. Cum autem vniuersi habitus temperamentum membrorum principaliū naturam sequi solitum sit, ac præsertim hepatis, hoc etiam, & calidius, & siccus iusto fuisse, rationi est consentaneum. Illud etiam constat, magnanimum illum semper fuisse, nec vñquam mediocria, sed summa cogitatio: magnaque alacritate, fiducia, animi robore, fortitudine, atque constantia ad maxima negotia tractanda accessisse; iam inde ab ipsa pene adolescentia publice prælegendo, concionando, disputando, & cum maximis Principiis, ac Monachis serias, ac grauiissimas res agitando, quo frigidi cordis minime sunt indicia: potius vero illud à mediocri per calidum, & siccum declinare. Viuidum pôrro ingenium, & ad grauiissimas disciplinas perdiscendas pròptimum cum pertinaci memoria coniuncta, sensus vegeti, ac vigiliarum tolerancia cerebri eodem temperamento prædictum fuisse manifesto sunt documenta, fidemque certissimam faciunt. Tenuissimos vero esse eius Spiritus, ac habitu corporis laxiorem, ex eo facile apparet quod leui de causa, ac promptissime inualescit, ac refrigeratur, dissoluitur, macilenter, ac imbecilliter redditur, ac facile viuendum calorem amittit. Magis tamen per siccum, quam per calidum à temperamento recedere ideo iudicamus, quod nec cutis rubicundior vñquam fuerit, neque pilorum, aut copia, aut nigredo absuerit.

Ventriculum vero natura frigidorem, ac forte etiam siccior fuisse verisimile est communī ratione eorum, qui hepate calido, ac siccō laborant, ac propterea ob-
mento, ac abdomine graciliore: quo crassior, ac pinguiore existente, ceu puluina-
ri ventriculus foueri solet.

Etas iam est declinans: annum enim agit 45, ac in primo senio versatur. Ex quo etiam appetit, siccitatē auctam fuisse, calorem vero imminentem. Vitæ genus negotiis, curis, ac cogitationibus plenum, cum in propria dicens gubernanda, tum in vniuersum catholicæ Ecclesiæ conseruatione, adiumento, ac salute promouenda.

/ Confisi

Cum in primo senio sit constitutus, à quo corpora frigidiora, ac sicciora reddi solet, certū est nativum calorem fuisse imminentem, autem vero siccitatē: cum enim Galenus scribat, in declinante astate melancholicum succinum solere abundare, qui frigidior est, ac siccior, & ex eo membra nutritiuntur, mirū non est, si, & frigidius & siccus corpus eas sit, & ad melancholicum statū sit immutatum. Nullū autem, Galeno auctore, est temperamentum ad nutritionem ineptius, quam frigidum, & siccum, præserit cum humor melancholicus sua acerbitate, ac insuauit qualitate partibus sit ingratus & aut nō trahatur, aut minime assimiletur: Vnde illa solito maior gracilitas, ac macilenta accessit. Ad ætatis damna adiungēda sunt ea incommoda, quæ ex diata minime conuenienti, ex vigiliis diuturnis, ex assiduis, ac granibus litterarum studiis, ex negotiis maximis, ex curis, cogitationibus seriis, atq; meditationibus sequi solet. Ex ipsis enim cōtinuis actionibus perpetuo exhaustis spiritibus, illisq; denuo è flore, ac tenuiore sanguinis parte regeneratis, factū est, vt sanguis crassior, ac feculētor evaserit, atq; ita ex eo nurturatio vniuersum corpus frigidius, siccus, ac macilentius effectum sit. Maior igitur, quam pro ætate siccitas corporis facta est, caliditas vero minor.

Vnde infelix nutritio, minime viuidus color, ac macilenta, & actionum omnium imbecillitas. In huiusmodi autem corporis statu, nisi accedat quotidiana corporis exercitatio, fere fieri solet, vt magnus excrementorum prouentus cumuletur, vt in senibus fieri videmus, qui licet partes habeant atidas in sua substantia: ob copiam tamē excrementi humoris, imperitis hominibus, humili iudicantur. Et si autem verisimile est, superiores annis etiam annis dictis incommodis fuisse affectum, florens tamē aetas potuit ea discutere, vt nō grauiora aliqua symptomata praesentiret. At annus iam agitur, ex quo cœpit magis vexari: idq; post luceptum iter ingens in patria. Nam præterquā, quod in itinere incōmoda multa sustinuit, illuc etiam in tenuissimo illo, ac siccissimo cœlo grauiissimis curis, ac negotiis fuit præpeditus, ac ita affectus, vt per certa interualla sex, octo, aut decē dies, leui quodam frigore in dorso, brachiis ac toto corpore primū vexaretur, cui succedebat calor non admodū vehemens ille quidē, sed qui in sudore defineret, & lassitudinē quandam, ac membrorum confractiōnem relinqueret. Discutiebatur quidem calor ille sudore prodeunte, ac tandem dissoluebatur: per duos tamen sequentes dies non obscura sui vestigia in corpore relinquebat, vt nonnullis habitudinalis febris speciem exhiberet. Sed cū ab ea penitus ille Antistes liberetur, ad illud genus febris nullo modo reuocari potest, ephemera non esse illud docet, quod incipit cum leui quodā frigore, & in vrina apparēt manifesta putredinis vestigia, quemadmodū in pulsu quoque. Nec vero hac febris periodica dici potest, nec ad certū humoris genus referri debet, cum statas periodos nō habeat: & tamen febris est humoralis, ac putrida. Quare necessario ad illud genus videtur reuocāda, quam recentiores febrem ex desillatione vocat. Id vero ex eius ortu, progressu, ac fine appetit, primū enim in collo, spatlis, dorso, ac brachiis frigus percipitur, quod tandem occupat vniuersum corpus. Eodē etiam tēpore oculi humore quodam infestantur. Consistaneum aurē est eundem esse fontē humoris, qui defecdit ad dorsum, & eius, qui ad oculos. Sed caput certo certius huius origo: ergo etiam illius, qui febrem creat. Id vero iactis superioris fundamētis etiam consentit. Cum enim ob dictas rationes corpus vniuersum plurimis scatet excremētis, & ex calidiore hepate, ac vetriculo imbe-

imbecillo, ac male concoquente multiad caput ferantur vapores, qui illuc in humorem postea cōcrescent: cum etiam caput ob vigilias, curas, negotia assidua, atque cogitationes multa ex propria cruditate colligat excremēta: Nemini dubium esse debet cerebrum serius, aut citius per incerta internulla tam copiosum excrementum acerare, vt, cum non possit ex caloris imbecillitate illud discutere; tandem à natura relictum sua granitate descendat, in aliis ad narēs, ad fauces, ad oculos, ad aures, ad dentes, ad collig glandulas descendat, prout in aliis aliae partes, aliis sunt imbecilliore. In hoc autem illustrissimo Antistite Antistite, non anteriorē, sed posteriorē capitis partem arripuit destillatio, qua per dictas iam partes descendens, ac putrefacta putridum vaporē ad corpū mitit, ac ita febrem accēdit humoralem, vt potiudam nō periodicam sed à destillatione ortam. Extenuatus deinde à calore sebili humor soluit in sudorem, qui febrem finit, relicta corporis imbecillitate, ac membrorum gravitate cum fractione quadam ob multo um sp̄i iruum, ac calidi innati diffisionē, quo destituta membra ingraueſcant, ac agre moueri possunt: que fane reliquarum etiam putridarum febrium symptomata esse solent. Sitis etiam, & cibi inappetentia, que sequantur communia sunt putridarum febrium accidentia, & easdem etiam causas habent.

Laborat etiam Illustrissimus Antistes in somniis, atq; vigiliis, ac meliorē noctis partem intonsem ducit: quod etiam positis iam fundimentis est consentaneum. Cum enim somnis naturalis ab humiditate, quemadmodum præter naturam fit à frigiditate: diutum iam est humorē acerūatum in cerebro per internulla ad dorsum descendere: quare cū cerebrum sua substantia sit siccum, humida vero exrementa iam descenderent, reliquum est, vt cerebro carente humore, & dominante siccitate, non somnus sed vigilie oriuntur.

Quoniam autem in dextro hypochondrio aliqua tensio, ac durities percipitur, & multa sepe flatum copia erumpit, ac vagatur sub ipsiis præcordiis: adeit etiam ventriculi, ac hepatis diuersa, ac contraria intemperies, hoc calido, illo autem frigidō existente: quo quidem in statu viscerum fieri solet, vt ventriculo tarde cōcoquente, hepate autem rapacissimo ob nimium calorem cibis crudior, crassior, ac viscidiior rapiatur ad melenterij venas in quibus, ob tortis obstructionibus, ac prohibita evanescatione, creatur putredo, & exstatio: vnde fumida, atque attræ exhalationes in cerebrum mentis sedem obrepunt, quo mixta cum spiritibus animalibus tenebras menti obducunt: vnde metus, ac mœstia inaudient, vita molesta est, ac licet fortis deliria non apparent, intus ramen delitescunt.

Quare, cum Illustrissimus Antistes valde proclivis sit ad huiusmodi affectum, de eius etiam causis, ac origine iam dictis solicitorum esse Medicum oportet.

De ventriculo non mediocris habenda est solicitorum, & agre, ac tarde, & male concoquit, leditur à frigidis, ac crassioribus cibis, multos gignit flatus, ac plurimas exhalationes mittit ad caput.

Cum autē talis fere fuerit ab ortu: ob recitatas tamen superius causas, longe factus est imbecillior, frigidior, siccior. Nullam autem temperaturam infelicius concoquere, quam frigidam, & siccā, Gal. dixit: hæc vero cum basis sit totius vitæ, non mediocrem requirit Medicus diligentiam. Nam, vt Arist. dixit, non quod ingreditur, sed quod concoquit, nutrit.

Scopī

Scopi curativi.

